inveniuntur in pelago sed raro quae reperta sunt. Ericii autem pelagales grandiores autem ericiorum sunt. Etiam quaedam ericiorum corporis magni, et quorum pars corporis minima valde spinae et durae et quaedam inveniuntur in profundo maris et hoc genus accidit ad quantitatem modicam communis ericiorum. Unum autem genus inter omnia quod est parvum nominatur est genus ericiorum albae testae et albae spinae et albedinis valde curtae et est maius in quantitate aliis generibus ericiorum et non habet testam magnam neque fortem. Partes vero nigrae quae sunt post os ipsius sunt multae applicatae et copulatae ad invicem. Ericius vero qui comestibilis est movetur multum et ideo calefit et separatur substantia ipsius et magis fit conveniens esui et habet signum motus manifestum in spina. Omnia autem genera ericiorum habent ova multa et [illegible] sed in quibusdam sunt parva et illa genera non comeduntur. Accidit autem omni ericio quod suum caput et suum os sunt inferius et anus per quem est exitus superfluitatis est superius. Et hoc etiam accidit omnibus animalibus quae attribuuntur generi stacimori et generi lapidei et hoc est ideo quia pascuntur ex inferiori parte sicut plantae et ideo oportet quod os suum habeant in parte inferiori ubi est pastus. Anus autem id est exitus superfluitatis est superius in dorso. Unus ericius vero in ore habet quinque dentes et inter dentes habet partes quasdam carnosas quasi loco linguae, licet non sint de carne. Et sub illa parte habet orificium sui meri et post hoc venter divisus in quinque partes superfluitate plenas cibi. Exit autem illa superfluitatem congregatam in tela quae est sicut sifac multiplex. Sicut ergo venter eius exit nisi ea ex foramine telae illius quae est sub ventre ad vias ani qui est in dorso eius. In parte autem superiori sunt quinque partes ventris eius applicatae propinque dentibus et illae sunt partes purae valde et illae non sunt esibiles. Et sunt quinque dentes a quibus pendent quinque ventres sub quibus sunt quinque sifac tendentia ad anum. Et hoc convenit pluribus animalibus sicut ericiis, quae non omnibus generibus ostreorum quae latine dicuntur quae sunt blattae quae conveniunt etiam generi illi animalium quae attribuuntur generi quod vocatur assatur et in omnibus animalibus imperfectis mollis corporis fere est iste modus et non differuntur nisi in colore. Et quaedam eorum esibilia sunt et quaedam non. Adhuc autem genus ericiorum communiter est in parte inferiori et coniunctum. In parte vero superiori est separatum sicut radix quarundam plantarum et ipse utitur spinis mollibus quas mobiles habet loco pedum. Alius vero ostreale quod a quibusdam tethyo vocatur est multae superfluitatis magis quam aliquod aliorum animalium sui generis. Eo quod totum corpus eius est absconditum in testa in qua diu simul congeruntur eius superfluitates. Creatio autem testae eius est inter creationem testae et corii quasi media et testa eius est applicata lapidibus. Et in corpore eius sunt duae viae parvae quae divisae videntur per quas recipit humiditates et effundit corporis corpus invenitur in una quadam tela involutum cum telae creatio nervosa videtur. Et est ista tela intus in circuitu testae ipsius et in ista tela est caro. Et caro illa non assimilatur carni alicuius animalis marini sed tela est extensa ex utraque parte usque ad vias extrinsecas viam unam per quam accipit humiditatem nutrimentalem et viam per quam exit superfluitatem stercoris. Et

omnia non illud recipit cibum et per aliam
exit ipsum et prima carum est spissa et
alia subtilis. spissa quidem per qua fi-
unt et subtiles per qua exit. intus vero
est profundum. et in illo profundo est humi-
dum intestinale ipsius et hoc quidem animal
tethyos vulgus vocat non habent aliam
partem neque sensum in aliud instrumentum
et color eius aliquid est pallor et aliquando
forte rubor. Capitulum VI de
natura urtice maris et est
in eo digressio omnium causam
conchilium et testarum omnium

Est autem adhuc genus animalis quod
vocatur maris urtica. et hoc autem
in vocat mastuc Arabs autem vocat
akolaky sed apud nos urtica vocatur
et quasi adurendo capiunt omne quod
appropinquat eis. est autem hoc genus animalis
per se non contentum in praedictis generibus
ostreorum. aut molli teste aut malakie
sed convenit cum ostreis in hoc quod applica-
tur lapidibus sicut etiam aspere teste
que testa simul est vasa. sed istud non
habet testam sed corpus suum corpus
est similis carni cancrorum dure se-
dicit Avicenna et hoc animal sentit omne
quod appropinquat ei et capit ipsum et te-
net quibusdam nominibus manibus suis.
sed pedibus suis applicatur lapidibus
sicut animal multorum pedum. contingit etiam
hoc animal aliquid intingere. cum recipit
aliquid acsi sit saturatum. habet enim
orificia quedam in medio sui corporis
per que corporali humiditate ingreditur
in ipsum intestinum. et venatur omne quod
transit ipsum ex piscibus parvis
et quedam genera ipsius adeo forte est
quod comedit saxum et ostream quod
pecten vocatur et ideo homines venantur
ipsum et comedunt quia ex cibo esibi-
lis fit cito sanguinis. et licet comedit
sicut dictum est tamen nunquam dicunt

in corpore eius aliqua humiditas sup-
erfluitatis alicuius. et hoc est ideo quod non
habet nisi foramen a quo exit meatus
puri et statim exit impure et propter hoc
venatur quoniam a venatoribus et in hoc
genere quod habet humiditate assimilatur assi-
milatur arboribus in quibus non est humidi-
tatis superfluitate et decurrendi. et forte non
habet intestinum aliquod sed tractus
nutrimenti eius est parvus sicut plan-
te in quibus non est decurrendo In hoc
autem genere animalis sunt duo modi. et
unus quidem parvi est corporis et ille est
esibilis. Alius autem est magni et du-
ri corporis et invenitur in regione Calcidon
vocata que a nobis delphica insula
vocatur. et hoc habitat in hyeme quod
est dura et tunc capitur a piscatori-
bus et comeditur. et in estate est si-
milis carni putride. et tunc per omnem
tactum dissipatur et marcessit in manu
habitat autem intra lapides quibus
adheret tractus parum amittit dispo-
sitionem. Sic igitur iam narravimus
dispositionem malachie et molli tes-
te et dure teste et urtice maris. et
membra eorum exteriora et occulta quam
manifesta. Oportet nos scire quod
omne habet aliquo modo testam aut
intra aut extra aut aliquid appropinquat
ad testam sicut est cancrum durum. aut
testa durum ex quo componitur urtica Sed
autem quod creata teste est ex humido
viscoso secundum naturam coagulante
sicco calido adurente et assante per
partes combustas. que sunt in salsu-
gine maris et aliarum aquarum et ex
illo sicco sic bene desiccato efficiuntur
conche polite et intente et forte dolentes
lentes sicut solent blatte bisantie
Contingit autem aliquando aliquid est terrestri-
tatis non desiccate et ideo aliquando ex
sunt nigre terrestres. consistunt autem
semper eo quod per humores viscosa exp

a calore digestiuo semper se coniungit
exterius et calor interior eleuat eam et propter
quod secundum multum viscosa girat eam in cir
cuitu. sicut spira et conclea, et tunc effici
tur in vna concha tantum. quando autem non
est viscosa multum diuiditur exterius in du
as conchas quasi colligatas cartilagi-
gine sicut quo ossa colliguntur in iun-
turis cartilagine. et propter quod acutum et ali-
quantulum siccius humidum prolongatur conchi-
liale et quod flegmaticum est dilatatur sicut
in pectine. et quando non magis est ex hiis
duobus ex rotunditate diffluit et dilatatur
aliquantulum sicut conche gemine. al-
iud autem hoc aliquid spinosum efficitur in conchi
a et hoc contingit quando acute et terrestres par
tes immixte sunt viscosis aquis. tunc enim
calor eleuat terrestres et acuit quasi spi
nas. caro autem que generatur ex eis et al-
est de puriori et molliori parte eiusdem
materie. quia magis recessit a contrarietate
elementorum sicut scitur ex hiis que tradita
sunt in aliis libris naturalibus nostris
et quando ex hoc est magis frigidum effici
tur immobile adherens lapidibus et quando
econuerso est magis calidum efficitur habens
motum qualemcumque. eo quod omnia hec
imperfecta sunt qualia sicut in sequenti
bus erit manifestum. Quia autem horum
partes terrestres acutas et viscosas ha
bent in humido subtili illa efficiuntur
superius et in loco tacto humoris mobilis
erit sperma eo quod humidi et calidi complex
ionali et utitur illud alias spermatis loco pe
dum. In quibus autem humiditas viscosus
terrestris multum vincit humidum com
plexionale calidum. illa efficiuntur
in toto testea. propter hoc animalia haben
tia de vera carne secundum habent preter
aliquos loca pedum carnis. et aliquem
humorem pro suo loco sacciformis complex
ionalis. Quia autem multitudinem que con
gregantur in eis sunt ex viscoso terrestri re
tento intus humidum complexionale et

calor circumstans rotundat ea et per ho
rum quod est in medio exspirat humi
dum subtile aqueum in tempore decoctionis. sed
hec est causa quod vnum non est in tela
sed in carne. accipitur eciam quedam calidum va
porem. hec igitur est causa duricie teste
et articulationes autem et lineationes que sunt
in quibusdam eorum causantur ex hoc quod hu
mor ipse in decoctione sua est vaporosus
et ideo ubi vapor colligitur in circuitu ebul
lit altius et loca a quibus collectus vapor
retrahitur resident humidiora. et quia vapo
res sunt humidi. ideo ad vnum locum et
eundem colligi vapor qui dispersus est circa
ipsum non potest sed a loco generationis cum
quasi a quodam centro radialiter ebul
lit per circuitum. et hec quidem est causa
secundum materiam. formatiua autem istius
que vim habet stellarum et celi sicut
sepius diximus est formalis huius
figure operatiua. ea autem que sunt mol
les teste et ex membrana durescunt in
testam ex humido formatur testam vna
in talibus propter quod aliquo aliquo vetusta
durescunt et yema recipiunt eum humor iste
est magis terrestris. quia humor coniunctus
et humidum quod est temperatum quod
aqueum habens quandam in se unctuo
sitatem. propter quod circumlinit interius testa
expellit autem hoc humiditatem materia
de membranis propter caliditatem et siccitatem et estu
reflexo ab aqua continere in qua est ma
teria, induratur in testam et propter maiorem
estum et siccitatem aque salse quam dul
cis magis duras habent testas cum ma
ris quam cum aque dulcis. sic figure
autem ea est formatiua. quia est in humido
animalis. hec igitur est causa mollis teste.
Species autem malachie multe non ha
bent testam et ex sunt molles et testa
sua non ambit totum animal et testa
eorum in quibusdam est lata superius
plana et intus est concauitatem
subarundinem sic rata propter quod eorum in testis

illis frigidis et siccis faciunt fusores au-
ri et argenti in quibus fundunt metalla si-
gillanda et cera quando siccatur testa talis et terres-
tris sicut in quo eminet humidum visco-
sum quod superius coagulatur sicut testu-
dinis. subtilis autem evenit a viscositate
superiori sicut terrestre sicut humidum bene
lotum et ideo decoctum factum est album
sicut cochlea eborea. quod autem non pelle
tantum animalis tantum est ex hoc quia
multa complexionalis humidum est contentum
ex viscositate quae sunt in ipso sicut contine-
tur intra membra conservandum. Alia autem
causa est formativa quae huic distribuit ad
locum in quo mollicies eius protegentur
et confortarentur sicut muniunt pectus multe
ossibus. Quidam autem habent pellem
in circuitu medium inter pellem mollem anima-
lium et testam duram sicut hic in maribus
nostris piscis quem vocamus marinum cam-
mariam. propter quod hic humidum exterius val-
de viscosum commixtum terrestri subtili acu-
tissimo. propter quod cum agit in ipsum ca-
lor et ille continetur ab exteriori eius frigido
et reflectitur ad materiam. ita decoquitur
quod partes terrestres efficiuntur quasi massiue
et faciunt pellem valde asperam et acu-
tam sicut pinus squamis coniuncta sed tamen
adhuc inde viscositas et aquositas facit ista
tam mollem et flexibilem et ideo ali-
quando contingit quod exsiccata pelle ista
et indurata ad solem inde cum ea fricantur
et ligna quae asperam partes ipsius conficiat
super ea. ex his igitur et similibus causis
sunt cognoscenda dicta. Multipes autem effi-
citur alia propter multos usus pedum quia an-
nulosa sufficiunt. etiam usque manuum et medium
in usum fulcimenti corporis longi et extre-
mi deficiunt ad usum cuius. Haec igitur de
dictis sufficiant quoniam adhuc sepius
redibimus ad contemplacionem inductorum.

Capitulum VII et de distinctione animalium corpora annulosa haben-cium

consequens pertractandum est de natura
animalium annulosorum. Super autem dixi-
mus quae sunt annulosa. In genere autem annu-
losorum animalium multi sunt modi. sicut vespa
et avis quaedam. et vespa recta. et apis et ci-
cada magna quae a quibusdam vocatur ceta-
ca propterea quod eius non apparent in capite
suo. Similiter autem apis magna varia et
apis rubea quae est mediae quantitatis et musca
et his quae multa sunt in genere annulo-
sorum. Similiter autem in eodem genere est animal
quod vibratur habet alas quod zirrio-
catum dicitur a grecis. sicut cicada autem locusta
et his quae illis similia. De annulosis
autem omnibus hoc est sciendum est quod diversarum
membra habent inter caput vero et
ventrem. et in hoc locum quod est inter
caput et circa ventrem. et hoc est simile
ei quod in aliis animalibus est pectus an-
terius et dorsum posterius et horum
membrum in pluribus animalibus istius ge-
neris est unum quasi in figura et for-
ma. In eis autem quae sunt longi cor-
poris et multorum pedum. sicut eruca
non equalis annulositas per totius corporis
longitudinem. et hoc convenit etiam
longis annulosis pedes non habentibus
sicut est lumbricus terre et similia.
et omnibus his quae vivunt per spacium
aliquod temporis postquam precisum
fuerit caput a reliquo corpore. nisi
sint nature valde frigide aut cito ha-
beant corpora inseparabilia et coagula-
bilia propter suorum corporum paruitatem. sepe
vero videmus talia in duo secari et vivere
utramque partem unde tempore aliquo. sicut de
cervicibus est sciendum de ala et propter
quid fit hoc quod caput non sciendum
sed si cum parte corporis quod est loco
pectoris amputatur quia tunc continue
spiritus et vitalis calor cordis. si autem
caput solum amputatur caput statim
moritur et etiam residua pars cuius inferi-

quedam quasi caput est sibi in ea et a dextra
leva parte corporis et hoc diu esset apertum.
Adhuc autem etiam ea anulosa que non
sunt longi corporis aut etiam multorum
pedum sicut longum et multipes et animal
quod vocatur quadraginta quatuor. cum
secatur in duo vel tria non perducto in unam
partes tempore aliquo et mouentur et ambulant
et mouent caudas abscisas. et caput
cum pectore coherens et proprie quod secatur
in loco sinuatorum suorum dyafragmatis. Et
non partes valde diu viuunt. Omnis autem
modi huius animalis mouet oculos et
non videntur habere aliquid aliud instru-
mentum sensus manifestum omnino. Adhuc
autem quedam illorum habent simile lingue.
non quidem in figura sed in usu quo
utuntur illo membro ad gustum et quibusdam
eorum que sunt huius generis habent aliquod
membrum ad usum oris per quod recipit
cibum et hoc membrum quod est loco lin-
gue in quibusdam est durum et in quibus-
dam est molle. durum quidem sicut in mus-
ca camina que grece vocatur [illegible]
et in animali quod vocatur bartora quod
habet aculeum more ac si teneat in eo
lanceam qua sit armatum ad de-
fensionem et hoc instrumentum non est
in animali habente dentes nisi val-
de in paucis et que notis nobis forte
et hoc est instrumentum per quod pun-
git musca et extrahit sanguinem
per coria viuentium. Musciliones at-
tamen pungunt tali instrumento licet
debilior sit punctura eorum. Deinde
autem anulosa in modo habentia
huiusmodi lanceam quedam non habent
eam intus et emittunt eam cum volunt
ledere sicut vespa et apis. Quedam
autem habent eam manifesta extrinsecus
sicut scorpio. Scorpionis autem multa
sunt genera et ipsorum genus est longe cau-

de. et habet duos aculeos et quod-
dam [illegible] in membris quod scorpioni est si-
mile et proprie in hoc quod et ipsum
habet duos aculeos. et vocatur [illegible] eo
quod in fissuris terre habitat. Adhuc autem
ex genere anulosorum animalium volantium anu-
losum habet alas cum aliis per inductas
membranas. et horum quedam sunt que non
habent nisi duas alas tantum ut musce
secundum genera sua et quedam eorum
sunt que habent quatuor alas ut apum
genera. Generale autem est quod nullum a-
nulosum volans habens aculeum
siue lanceam in posteriori suo habet
duas alas sed quatuor. sed non con-
vertitur. Adhuc autem volantium anulo-
sorum quedam habent alas suas coop-
ertas membrana sicut scarabeorum. et
scarabeorum genera quas quidam vespas
vocant. sed hec quod nos vesparum
[illegible] nomine vocamus habent alas dis-
cooptas sicut apes. Generale autem est
quod omnes ale et membranales dif-
ferunt ab aliis pennatorum quia carne
ille sunt quibus membrane configuntur
corpori anulosorum. sed in aliis pennato-
rum sunt carne pennarum quibus [illegible]
[illegible] configuratur ala auis pennate. Adhuc
autem quedam anulosorum habent macu-
las super oculos lucentes aliquantulum
sicut apicule secundum genus suum. Genera
autem anulosorum [illegible] per saltum non
ambulant ita quod unum salit super al-
terum sicut musce et apes habent pedes
posteriores maiores quam anteriores. que
non contra se flectunt se. ita quod posteri-
ora [illegible] posteriora altius
et capita [illegible] ita quod
sunt colligata posterius sicut scara-
bei et omnium volantium genera. non
habent [illegible] magnos pedes poste-
riores et hoc non applicant [illegible] came-
li quando coeunt. Pedes autem non [illegible]

quadrupedia multa et proprie aves he-
mo coeunt ascendendo supra feminas
suas. Scaci autem corpus anulosorum non
est ita quod caro sit intra testam. nec enim
exterior pars est vere testa. sed est medium
inter molliorem carnem et duriorem
teste. et quia ita durum habet substanti-
am non habet spinam: neque os aliquod quia
satis salvatur per duriciem corporis. est
autem interius corpus anulosorum exterius corio. sed
est interius subtile. Interiora autem interiora
habet hoc modo. post os quidem per quod
recipit cibum habet ventrale quoddam
rectum extensum usque ad anum per quod est
exitus superfluitatis et in paucis horum ve-
ntrale est involutum. et omnia vel multa
anulosorum habent testam inter semen quod na-
turaliter sine quod vix eorum dicitur eorum
et proprie habent autem partes testeum pro vo-
catur et hoc vel diversis loquuntur de
intestino recto quod tussit per corpo-
rum. Adhuc autem quidam eorum habent ve-
ntre et post ventrem habent intestinum ple-
num aliquantulum involutum sicut locus-
ta. Brucchus vero qui cantat de nocte et
vocatur grece machothaz non videtur
habere os sed vidimus de capite eius unum
longum simile ligule et nasci super exterius
capitis sui et aliud unum super quod
nascitur non est infissum. sicut videmus
circa animalia. nec vidimus aliquam superfluitatem
de ventre suo exire. sed tamen per experimentum
nunc scitur pasci humiditatibus radicum et
brodiorum quia de nocte exit ad illa.
In hoc autem genere animalis sunt multi
modi et diversitates in quantitate. et quedam
horum generum sunt anulosa et habet
in medio corporis sui telam manifes-
tam sufficientem corporis. Ego autem
expertus sum in mathonium corpore. secundum
genera sua. et vidimus in posteriori corporis
eius post sudacionem. folliculus lun-

dus per principium et quem probatur ad questum
habet saporem mellis cum ipse ut vidimus
in corpore suo plures. Intestinum valde
gracile et involutum parum et nimis si-
militer in aliis ligatur hominibus et cetera
hec in corpore cuius est humor virtuosus
et vivendum omnia colligatur per totum
hic quod est ad similitudinem divisionis
eius. De animali autem certum te in campis
et in aliis et in arboribus quod cum ego
expertus sum. quod si perdat in medio
adhuc vivit per magnum tempus. et hoc
quidem est dispositio anulosorum ani-
malium sanguinem non habencium.

Capitulum viii de ligneis ser-pentibus vel stellis albuginum con-similibus et de spongiis.

Reliqua autem adhuc plus magis
omnia inducta sunt que animalia
sanguinem non habencia sed sunt rara et
pauca et ideo nullo modo genus ani-
malium attribui potest. Quod autem expertus est
aliquis piscatorum maris quod de mari est
animal. Et creatio est quasi creatio
frusti ligni neque sunt omnia ad ista
quia dictum est in aqua maris move-
natando de loco ad locum. et est magis
et rotundum equale per totam suam lon-
gitudinem spissitudini et non pasti
in se reflexum habere. nec habet de se
superfluitate. neque etiam mari super-
fluitatum neque videtur de eo organa
sensuum. et est animal valde imperfectum
et ipse ligneus est medium inter pla-
ntam et animal. Est quod etiam vocatur
animal ligneum expertum est etiam quod
in mari animal sanguinem carens ser-
pentinum vel in terra terrestre et est
rubei coloris. et habet alas pu-
ulas complectentes se in corpore suo
et ideo ista non sunt eadem cum pisce
serpentino de quo dictum est. fert se-
mina interim sed accedunt etiam ad

lacum naturam secundum virtutem quam precedit adhuc aut sunt in mari animalia que dicuntur folia vento mollia secundum locum testiculorum huius alas crescentes que similitudinem habent testiculos. et eciam sunt corpora tarde mota et illam habent vitam nisi in aqua. ad naturam autem huius uei videtur affinitate habere spongia. nisi quod mollitiem maiorem habet quam durum non est spongia et hec habundant valde durienti quidem habitacionem nostrorum et illum signum habet vite quando de aqua subleua facta ut ponitur in aqua motum habet dilatacionis et constriccionis nec habet os. neque vestigium alicuius organi sensibilis in corpore suo sicut neque cetera animalia que in hoc ultimo nondecimo capitulo. sunt autem adhuc alii duo modi ultimum habundantes in maribus germanie et flandrie quorum unum est ut albugo oui in substancia et in figura est. sed semisperica et in extremitatibus est tenue et de medio et polum eius spere sui subest spissiorius et ibi lucent ex ipso duo quasi sint oculi magni uel superficie spere rotenti. neque tamen habet aliquid videre distinctum quod cum nos abstraxissemus ab aqua uicebat immobile omnino. et diffidebatur amittendo figuram suam sicut albugo oui et concidit totum et cum restituimus ad aquam et stetisset magnus recepit figuram semisperale et mouebatur sicut ante motu dilacionis et constriccionis et potest esse ex calore maris spirabat uiscositas et durities ipsius vitam recipiebat sicut generatis ex putrefaccione. aliud autem animal ibi habundans est spongia que fluit in aqua iusta dilatata et constricta separata autem ab aqua vix immobilis. et hec duo animalia

nulla duo videntur habere nisi tenuem sensum secundum motum dilacionis et constriccionis velocitate satis motum de loco ad locum. sic igitur dictum sit de istis. Tractatus ii de sanguine non habentibus quarti libri animalium in quo intenditur qualiter sanguinem non habencia participent sensus vocem et sompnum et diversitatem masculi et femine capitulum primum de participacione sensus instrumentorum. Post digestis per ordinem generibus animalium sanguine carencium videndum est qualiter conveniunt cum eis que omnibus aut pluribus animalibus conveniunt sicut sentire vocare dormire et vigilare et masculinitas et feminitas et prima destinata dispositionem instrumentorum sensus, hec in animalibus sistema ta est sensus non dicimus in omnibus animalibus. sed non unum et eandem dispositionem. sed sensum quidem secundum maiestatem conformitatis habet in animalibus. est omnibus. hic non fere in omnibus aliis fere est species et est huiusmodi compositum et tunicis et aliis et cuius in colore quam contingit propter unam speciem omnium visibilem ad quam est lumen et idea ad agendum forme in omnibus visibilibus, ideo sicut oportet potenciam instrumenti omnibus animalibus valde conformis secundum dispositionem, sed de hoc dicimus valde animalia. quamvis quedam animalia habent omnem sensum distinctum. et quedam non habent eam omnem. visus enim sensum est quedam sicut visus auditus gustus odoratus et tactus sed hec distincta omnia habent homo. et animal ad gressibile habens sanguinem et generans animal intra uterum sibi simile animal. nisi aliquid sit quod forte habeat aliquid distinctorum destructum diminutum ut genus talpe. hoc non animal non habet visum

eo quod piscium non habet oculum. tamen
oculum inquisivi in quem sed excoriata pelle
que directe est super oculos inveni in loco
oculi aliquid simile creationi oculorum
manifestam non ibi in carne de nigre-
dine oculi. et substantia que est
sicut acies in medio oculorum consistens
que vocatur oculi pupilla sed non est ordi-
nata et formata in oculum propter impressionem
animalis. ex tali enim occasione quam
habet a tempore generationis sue generatio est propter
et sic principiis generantibus accidit ei
oculum non bene formatum. quamvis non
careat omnino de substantia oculi. opor-
tet autem scire quod a cerebro exeunt due
vie. sive duo nervi concavi fortes et
perveniunt ad radices oculorum, et alia
bina via pervenit in animali habenti na-
res ad radices oculorum. animalia enim
habent sensum animalem per quem cognoscunt
diversitates sonorum et habent etiam sensum
odoratus et gustus. sed sensus tactus non
est in omnibus modis animalium mani-
festum enim est quod nimis piscium sentiunt
per gustum quoniam plures eorum diligunt
aliquid cognitum in cibo. per quod et
piscatores venantur eos sicut albas
limstas sed mustiliones que valent
super aquam multum natare diligunt et intrant
in angustia quorum mictores illi al-
legant angusti. sed et avicenna dicit
se vidisse quod ad lac ligatum in delubis
et gurgustiis vestimentis veniunt pisces
et capiuntur iuxta ipsum. sed non piscium
non habent manifestum instrumentum au-
ditus. eo quod per ipsum intraret aqua nimis
in profundum capitis et infrigidarentur
et morerentur. quia tamen multi moriuntur
ex capitis nimia infrigidatione sed
habent autem inutile esse instrumentum quod
non continetur in ipso aer receptus
sonum sed poterit subintraret aqua
et infrigidaret lesionem et licet non habeat

aures tamen audiunt sonos sicut inferius
patebit ostendemus. Similiter autem et instru-
mentum proprium olfactus non habent mani-
festum ne aqua subintret in cerebrum et cor-
rumpat ipsum. et quod putant homines
quod habeant instrumentum odoratus per
viam nasi. nichil est omnino quia nullam viam
ad illarum pertingit usque ad medullam
cerebri sed in quibusdam sunt recte con-
tinue apparentes, et in quibusdam pertingunt
ad branchos et non ad cerebrum. sed tamen
manifestum est quod genera piscium et odo-
rant et audiunt. Signum autem auditus
eorum est quod sepe videmus ipsos
fugere a sono et vocibus magnis et
a sonoro strepitu remigio navium
et ideo piscatores cum venantur eos leniter
moveant remos. dicit autem avicenna
quod vidit quoddam genus piscium venire
ad sonitum campane et cum desinit sonus
recedit. et hoc apud nos ab omnibus
hominibus est notum in mari flandrie
et brabancie et germanie inferioris quod pis-
cis pulcarinus qui lingua ibi habi-
tantium vocatur et ... est
multe sonositatis. cum grege venit
ad sonitum nolarum aut cimbalorum aut
campanarum parvarum. extendunt enim
piscatores retia sive nervis in tribus
sive super aquam et alligant campa-
nellas et cum sonant venit piscis ille
cum grege suo generis in retia. audi-
re non sonos omnibus modis piscium. et
hoc manifestum est in venatione delfi-
norum. hunc non quando piscatores
venantur intendunt circumdant ipsum. et
prius percutiunt lignum facientes so-
nos continue et post que ... sono
nimio illorum cadunt aliqui sicut pati-
entes stomachia aut epilensia et tunc
deprehenduntur leviter. Delfinus quoque au-
dit sonum licet non habeat instru-
mentum auditus manifestum omnino.
autem etiam signum est quia cum no-

lucem autem venandi aliquem modum pisci-
um tacent. neque movent remos fortiter
neque alia instrumenta fortiter movent. Adhuc
autem quando piscatores cognoverint
in aliquo loco esse multos pisces, cir-
cumdant locum illum a remotis silentes et
ibi quiete sub silentio ponunt instru-
menta sua ne pisces audiant strepitum
ipsorum. et praecipiunt omnibus secum ve-
nantibus ut taceant in piscium
venatione. quando autem pisces agita-
re volunt ad unum locum in quo sunt
retia aut gurgustia eorum posita, tunc
strepunt eos et percutiunt asseres. et
faciunt sonos terrentes pisces. sicut dixi-
mus quod fit in venatione delphi-
norum. Ipsi autem piscatores prohibent
omnem motum qui excitat sonum ad
quem credunt eos et credentes eis dic-
tores et sonos quia auditis illis voci-
bus et sonis fugiunt ex timore et cadunt
in retia. non considerantes retia ex
capitis confusione et stupore nimia sive ver-
tiginae cerebri. Adhuc autem signum est quod
pisces habent auditum. quia cum pis-
catores viderint inter lapides pasci ali-
quem modum piscium. aut etiam super
aquam natantes circa pastum tempore sereno
ti sonantes quando alii sonum unum
sunt perceptibiles possunt appropinquare
et considerare quis sit ille modus pis-
cis. cum autem aura tranquilla quiescit
ventus non appropinquabunt ut demonstrent
piscem. nisi vadunt valde quiete
et tacite. si vero clamaverint. aut aliud
sonum excitaverint fugient et non
poterunt deprehendere quis fuerit
modus piscis illius. Adhuc autem in
fluminibus est aliquis modus piscium sub
lapidibus manens. quem cum cape-
re volunt piscatores percutiunt et faciunt
sonum terribilem et fortem super lapi-
dem. et tunc ex sono confundente ce-
rebrum piscis cadit sicut per accidens scotomiam
aut epilentiam a strepitu illo et tunc de-
prehenditur piscis. Ex hiis ergo manifestum
est quod omnes pisces audiunt. non autem per
instrumentum auditus quia hoc non ha-
bent. sed forte sub branchiis superius expan-
ditur tympanum auditus eorum quod immutatur
a sonis. Bene autem multi experti in na-
turalium mirabilium fingentes quod pis-
ces proprie inter animalia sunt acuti au-
ditus et maxime id quod vocatur
kestoroz. et keremiz et labroz et selia
alii vero audiunt non ita acute ut di-
cunt. et ideo prope littus frequenter manent
non enim audiunt ita strepitus in litto-
re. sicut alii qui fugiunt in profundum.
Pisces autem etiam habent sensum
olfaciendi. cuius signum est quod multi
modi piscium fugiunt ab instrumentis
retium et gurgustiorum. et nunquam
tangunt ea nisi sint nova. eo quod
in eis est odor piscium ante captorum.
Alii etiam sunt pisces habentes quasi
olfactum sicut nunquam. propter quod etiam
ab antiquis gurgustiis non recedentes
facilius capiuntur. Adhuc autem huius
signum est quod quaedam genera piscium
habent escam appropriatam suae vena-
tioni quia cum olfaciunt sequuntur eam
ad instrumenta venatica et capiuntur.
et quaedam horum contrarium fugiunt. quod
non capiuntur per fetida sicut capiuntur bar-
balli per cerebrum. et capiuntur per carnem
ad naves ipsorum suspensam et Aristoteles dicit
quod illi qui cerebri vocantur sive cerebelli
capiuntur per brachias cum fetidis obuncti fu-
erint. Multi tamen piscium fugiunt
etiam alios pisces propter fetorem sicut
probatur in mari flandrie et germanie
quod parvus piscis est gregatim vadens
quem incole patrie spirinch vocant
et a quibusdam vocatur stinc. quem omnes
etiam alii pisces fugiunt. ac si sit ipsa-

le nonnumquam timeat ex odore eius et tamen
ille piscis est sibi aptus et sanguis hominibus
Adhuc autem plures pisces manent in lapi-
dum cavernis quos cum piscatores volunt com-
pellere ad exeundum confricant ora cavernarum per-
salsa et cum odore senserint pisces cito ex-
eunt et cadunt in retia. Et hoc quod non assuetus
se a retibus propter velocitatem currendi simpliciter
autem euthelier. quod quidem anguilla
nasciturus per odorem sepe deprehenditur
vase in testeo salso accepto a piscatori-
bus et posito in aqua cum cavernam in qua
habitat intrabit in vas odore sequendo
et capitur in ipso. Adhuc autem deprehen-
sum est per experimentum quod pisces diligere
odorem rerum combustarum in fumo. propter
quod etiam piscatores mittunt carnes sepe
combustas per partem ad multorum piscium cap-
turam ex odore illarum carnium combustarum
Adhuc autem multi dicunt quod in hamo po-
sito aliquo quod multipes vocatur super positum
assato. multi pisces deprehenduntur. Adhuc
autem pueri in mari lavantur pisciam
aut aqua quam etiam desentiam minus fugi-
unt multi pisces et maxime ille qui vocatur
nanareer. propterea tamen fugit cum
olfecerit sanguinem piscis. constat ad
fugam esse adhuc ut removeatur a loco ve-
nienti sui in quo manebat. Adhuc
autem vase venatorio retibus vero a qua
gustio veteri exeunt. et intro fodiat et
odore sepe detentorum in eo piscium ad
applicantur ei pisces propter sensum odoris
retonibus autem et naddis applicatur et pri-
mo posita aliquae in vasis munda
esca tunc non et a remotis veniunt propter
illius ad odoratum ex omnibus autem in-
ductis manifestum est et planum. pisces
odoratum habere Ergo etiam experti sunt
pisces fugere odorem sulphuris et turpia
humi in aqua putrefacti et si non patet
eis locus fugae moriuntur ex odore eius
corrumpente. Habent igitur pisces auditum

et olfactum quamvis non habeant manifesta
ea hec et propria organa. Hoc autem maxime cog-
noscitur ex hoc esse quod dicunt de
delphinis esse qui non habent organum
auditus manifestum aliquod in corpore suo
et tamen audiunt. Cuius signum esse dici-
mus quia piscatores versa eorum per
strepitum. et quia audit et gravitatibus ca-
pitis ex vocibus et sonis corrumpentibus
armonia auditus sui. non enim motus
facit hoc quia non in tantum commovetur
aqua ex strepitu. neque aer motus sub-
intrat in aqua usque ad caput delphi-
ni. non autem dubium quin ea habent pis-
ces tactum et gustum declaratum est igitur
quod iste modus animalis habet omnes sensus.
Alia vero genera animalium aquaticorum que
vocantur mollia sunt quatuor genera quidem
scilicet malachie et mollis teste et dure tes-
te et anulosi corporis ut scripsi etiam
habent omnes sensus. quidam omnes eorum
qui sunt anulosi corporis habent sensum
odoratus multum acutum et sentiunt
odores valde remote quod non face-
ret nisi sensus subtilis et acutus. Moriun-
tur autem quedam eorum olfactu feti-
dorum ut sulphuris sicut apes expel-
luntur insuper de casulis et moriuntur etiam
per fumum lignorum aut stercorum propter
quod talibus suffumigant ab hiis
qui mella volunt auferre de casis
earum Adhuc autem acceptis et punc-
tis sulfure et origano agresti. et
pulvisatis impositis super mansiones
formicarum dimittent domos et fugi-
ent. Et ideo autem larga fumigatione ex tor-
num cervi liberantur a multis modis an-
nulosorum venenatorum. Eodem autem
modo fugient a fumo stercoratis se-
cundum quod praeter animal multipes tantum. hec
non in tantum diligit humiditatem fu-
mum quod delectatur et deprehen-
ditur per ipsum et intrat in vas in
quo fumigatum fuit. et tamen mo-

biliter adheret ei quod etiam diviso et secto non recedit ab ipso. Hoc autem idem animal fugit de fumo sp[illegible] ... Divinalis quod obore ab avicenna vocatur. Ab aliis autem vocatur kabiza. quidam autem vocant eam venam. Adhuc autem species est [illegible] in esse talibus deprehenditur quia quilibet modus specierum animalium diligit cibum proprium et gerit ad ipsum. Apes non manent in sedes locis fetidis aut malis saporis aut mali odoris sed fugiunt et diligunt dulcia et odorifera et precipue in floribus. Est tamen autem est apis quedam aliquantulum maior que illa que habitat in examine et non diligit nisi fetida et insidet humiditati stercorum. et hec non habet regem neque custodit civitatem alicuius congregationis. Et propter quod a quibusdam vocata apium quasi spuria vocatur. Animal non tunc tactum est asperum sed testeum ut in spiculis etiam habet sensum tactus et gustus et odoratus. Hoc autem manifestum est in modo venationis quorundam demum eorum [illegible] non decipitur per fetida et habet sensum auditus. Avicenna rotha vocat. Patet igitur quod quilibet modus animalis diligit esse sibi appropriatum et odit alium non convenientem. Sensitiva non omnia diligunt et produnt diversa gustabilia sicut etiam olfactabilia ad odores se habent. In hiis autem animalibus anulosis non ita manifestantur visus et auditus eo quod illi magis sunt per excessum media et non ita subti in principiis complexionatibus. At tamen multi asserunt de animali marino quod solinx quidam vocant et audit voces. et ideo per auditum a littore fugit in profundum. Adhuc autem si quis digitis appropinquaverit ad extremum quod pecten vocatur subito claudit oculum ex quo cognoscitur habere visum. Et hoc idem manifestum in testitudine ex limace que oculos habent in summitate suorum cornuum et eis appropinquat aliquis intendit oculum intra se et contrahit hunc in caput et caput in corpus. Videtur autem [illegible] venatores venantur alibi vocantur tunc tacet ne audiat sonum. Est liquatur quis fugit et hoc non accidit in talibus nisi audirent et odorarent. Sicut autem audit debiliter unde [illegible] omnia que testea habent corium et minus ambulativa. Sic igitur est dispositio sensuum in omnibus animalibus per inductum.

Capitulum secundum de materia vocis et soni animalium.

[N]unc autem dicemus qualiter competit animalibus inductis vocare sive vocem facere. Pretermittere autem oportet quod vox est diversa a sono. eo quod vox est sonus cum ymaginatione ab ore animalis ad aliquod affectum demonstrandum prolatus. Sonus autem est genus vocis pluribus, videlicet a sonante procedens quod auditui inferat passionem. Sermo autem est tertium diversitatem habens ad utrumque istorum. est enim sermo vox articulata et litterata conceptum mentis hominis denuncians et hec non competit nisi homini et paucis que ad hominem habent affinitatem sicut pigmeus. et id quod supra nominavimus maricomorion et huiusmodi. Vox igitur non est sonus nisi fiat per epiglotum et ideo omne carens pulmone caret voce et loqui quidem est distinguere et formare articulatam et litteratam vocem que distinctio precipue fit per linguam. lingua non scriptum que vocatur lingua formans voces litteratas et brevium elementa. eorum tamen sive vocalia sive consonantia sunt est per epiglotum. formatio tamen elementorum littere absque consideratione vocis in qua formantur elementa est per linguam solam absque motu epiglotis. Generaliter autem omnium animalium non

habet linguam solutam sed adherentem secundum totam longitudinem et ligatam ad inferiorem partem. Animalia carent etiam voce communi modo. Strepitus autem quem aliquando faciunt, huiusmodi quod est inferius capitis sui spiritum effundente ad dyafragma, et non est per spiritum exeuntem expirata per tracheam quia tale animal non anhelat sicut apes et similia. Tamen de numero talium animalium quedam sunt sonos dulces habentia qui sonus aliquando vocis dicitur, sicut animal parvum quod locuste assimilatur et in pratis cantat in estate et sibilat, quod sonum aliquando vocis dicitur nocte et vocatur grillus. Strepitus autem et sibilus omnium istorum est per telam que est sub parte dyafragmatis in loco ubi succingitur tamquam abscisa sint corpora ipsorum. Sic enim sonant musce et apes, et omnia huiusmodi. Ista enim faciunt strepitum volando et alas extendendo percutiendo aerem cadentem inter alas ipsorum et ideo continue sonant dum volant, et illud quidem continuum sonum non faciunt nisi modo dicto, sed quando apta tenent etiam pisces alas sonant quodam sono. Et illud sonum non faciunt in ore ipsum exeunte sed potius sub dyafragmate per modum quem diximus. Et locuste volantes similiter faciunt sonum sed cum bibunt non sonant omnino. Ea autem que sunt in genere malachie et que sunt in genere mollis teste neque sonant neque sibilant. Similiter autem et multi piscium voce carent eo quod omnia ista genera carent pulmone et epygloto et vena aspera que trachea vocatur. Aliqui tamen estimant quod quedam piscium vocem habent in acheloo fluvio quos illi nominant lauram et ieronim et piscis maris qui aliquando egreditur in aerem ipse quod agrestio vocatur qui est in regione que vocatur arabice haskalem. Et etiam animal marinum quod dicitur halur et id quod vocatur kokyn hoc est vitulus maris omnia enim ista aliqua vocem habere putantur

sed per id illorum spiritus exeuntis attractio et emissio sed quedam dictorum sonant branchiis in aqua suspirare aut perforatis eo quod branchie sunt duri sicut spine et subtiles et solide et ideo compressi sonant per spiritum qui est in interiori corporis eorum et proprie sibilantia. Cum enim ille motus fuerit ad telam que sub dyafragmate est, tunc exit sonus ab eo offensione aut pectoris et musculorum et lacertorum eius percutitur ad sonandum. Scelen autem et pectinem putant facere sibilum movet enim super aquam et tunc sibilat. Similiter hirundo maris quod non habet alas latas per eas quibus strepit. Vultur autem proprie loquendo vocem habet. Delphinus autem sibilat et strepit et sibilus eius est similis voci. Habet enim pulmonem et venam asperam que trachea vocatur arteria. Sed lingua eius non est absoluta neque labia eius perneque possunt ad vocis distinctionem. Animal vero habens vocem et pulmonem et quatuor pedes habet vocem debilem sicut tortuca et rana que est aquaticum. Sed quodcumque ex talibus est ovans sibilat ut serpens. Quod autem ex eis habet vocem et pulmonem debilem sicut tortuca et rana habet linguam appropriatam sibi quoniam in talibus anterior pars lingue suo ori alligatur et applicatur. In talibus enim anterior applicatur extremitas sicut in piscibus. In aliis autem animalibus ista extremitas libera est et absoluta sed in his posterius lingue quod ori ne vicinatur est absolutum et ideo rana vocem habet propriam que coax sonat. In sono enim huius inferius lingue primo solvitur et anterius affigitur palato et talis est lingua rane per omnia nec sonat hanc vocem nisi in aqua et ibidem non sonat eam propter nisi masculus et in tempore coitus tantum quando clamat vocando feminam per vocem concitam a femina. Quilibet enim animal habet

habet vocem propriam tempore coitus per quam vocat
clamando feminam tempore coitus. sicut cap
pri arietes cervi et omnia alia genera
animalium. Rana autem multiplicat vocem in aqua
ponendo mandibulam inferiorem in aqua et ex
tendendo superiorem super aquam et per extensionem
duarum mandibularum et conatum vo
cis ex necessitate intus elevate lucent
ei oculi sicut candela et coitus earum sepis
sime est de nocte. propter quod etiam nocte
plus clamat. Huiusmodi vero animal vociferat
et quodcumque est ex eis late lingue lati
tudine mensurata loquitur aliquid et quod
est hoc est lingue tenuis et subtilis quia
illa melius inflectitur ad figuras litera
les et articulatas. Quedam vero genera avi
um sunt que uno modo vociferant tam mas
quam femina. In quibusdam autem diversi
ficantur mas et femina in vocando. Aves
vero parvi corporis plus garriunt aliis propter
levitatem spiritus et sanguinis. parve
etiam frequentius loquuntur et magnitudinis mode
rate que sunt medie inter parvas et mag
nas. sicut sturni et psittaci et pica
et huiusmodi. Garritus autem avium maxi
me fit tempore coitus. Diversum autem
habent in garritu quoniam quedam
musica sunt ut coturnix et philome
na et multa alia. Quedam autem non can
tant sed sono quodam clamant vocando
feminam. sicut id quod vocatur coaff
et columba et multa alia. Quedam autem
vociferant distinguendo tempora noctis et
diei. et post victoriam in prelio. sicut
gallus et ideo uno gallo cantante
et alter cantat ne videatur vinci ab ipso.
Quedam etiam sunt que dulce vocife
rant tam mas quam femina ut id
quod vocatur hardon quod est species
corcodrilli. In hoc non genere femina vo
ciferat sicut mas. Avicenna tamen dicit
quod avis sunt que vocatur non hardon sed ardon

quarum mas et femina vociferant sed tamen
femina cum ova incubat cessat a voce in co
itu. In quibusdam autem avibus masculi garri
unt voce musica et non femine sicut gal
lus et si mas coturnix sed mas coturnix ha
bet vocem equalem sicut gallinis. et femina
habet vocem grossam. animal vero generans animal
sibi simile in utero et quadrupes habet
vocem simplicem illitteratam et hec loquitur
omnia. loquela enim cum intellectu propria
hominis soli et omne quidem loquens ha
bet vocem sed non convertitur. et si aliquod
genus simiarum simile homini loquitur
hoc est ex ymaginacione simplici et non
ex intellectu sicut pigmeus et forte
id quod vocavimus superius manticoro
rion et forte quedam huiusmodi animalia
invenimus et illi vero homines qui ex ge
neracione sunt muti pariuntur hii quia
sunt a generacione surdi. et illi habent
quidem vocem sed non habent sermonem
distinctum et literatum quia ydeomata
discere per auditum non possunt. Infan
tes autem pueri similiter exprimere suas
non possunt linguas. sicut neque cete
ra membra puerilia et ideo imperfecte lo
quuntur donec iuvenescant et temperetur
humor qui mollificat linguas eorum.
Quorundam etiam puerorum non vigent
lingua nisi post longum tempus et
tunc convalescunt. Quorundam autem perpe
tuo manent trabali. et quidam blesi
et alii sunt alias linguas habentes
occasiones propter diversa lingue impe
dimenta quorum superius dedimus racio
nem. Vox autem et sermo ydeomatum diver
santur secundum regiones et loca et gra
vitate et acumine. quoniam vox septen
trionalium est magis acuta et feminea quam
vox meridionalium propter molliciem suorum
pulmonum et sue carnis et propter maiorem
latitudinem ipsius. In modo autem speci
fico non diversificatur vox que vim spe

ei qualis est attributa. Si autem conti
git q vnus modus sp̄ei alicuius aialis
habet diu̇rsarum sp̄erum aialium voces sic
dicit aliquando strepit et aliquando aliorum
aialium clamat voces vocibus. licz contin
git p uimacōm ppt quod etiam aues q
i uiuitute domestice fuerint. et aliarum au
diuerunt tales voces imitantur. sic etiam
multa loquuntur hominum. et ideo etiam contigit
p aliquando quidam pui pulli auium inci
piunt non vociferare voce peculi nisi cu
rem et educunt ab ipsis. aliter n assimi
lant suas voces vocibus auium vel alia
lium que audiunt in educacione. Jam n
visa est auis que theutonice dicitur andorch
iá que in g̃mania grasemuche vo
catur et est similis philomene et imitabat
aliquando omnium auium aliarum quas enim
erat et precipue yugulus et hic docuit pul
los aliarum auium quas emiserat voces
suas proprias et hoc significat q figuracio
vocis non est naturalis. sicut nec locucio
sicut est secundum doctrinam loquencium voces at
quia naturales sunt ideo voces hominum
sue consiles in spe sicut locuciones vari
ant. Elephas autem vociferat p os et
non p nasum et eius vociferacio est cu
spiritu multo. sicut quando homo anhelat
spiritus sui magna virtute. cum autem per
nasum aliquid vociferauit erit sonus
dulcis sicut fistule. Capitulum

tercium de sompno et vigilia aia lium in p̄habitis inductorum

est. Et autem dicendum nobis mo
de uīo sompni et vigilie supra
inductorum aialium. et quamquam diximus
in libris de sompno et vigilia supponun
tur vt facilius ptranseamus. dicimus
autem hoc q omne aial habens sangui
nem ambulans vigilat et dormit
et breuiter dicendo omne aial vigilat et
dormit sz id quod habet palpebras
sclaudit eas in sompno. sicut per se

visibilis hoc considerati est manifestum q
vbi multa aialia sompniant. non hoc solum
sz et equus et taurus et capra et canis et mul
ta alia quadrupedia q sibi similia i
ueniuntur. Manifestum est ex vocibus eo
rum. Jn sompnis in latrat canis in sompnis
et alia faciunt similiter quadrupedia aia
multa. Quamuis autem aial dormit modi
cum respectu non cuiusque. precipue tamen
aial aquaticum sicut pisces. et causa q dicun
tur multum tempore modicum sicut sompni p
modicam euaporacionem ex loco digestionis
factam. q autem talia dormiunt n sti
p oculos eorum quia palpebras no
habent sed sompnus piscium sentitur eo q
q multi pisces capiuntur sompno depressi
ccidentes. sicut ponderosi et oppressi
sunt q aliquid manu eam prendit. Adhuc
autem aliquando cadunt sompno pressus
in rethe. et sic maneat donec euigi
lat dimidet aliquis eorum recedentibus
et hoc frequencius faciunt in nocte quando
pisces quando euigilant quamuis sit
multum implicati in reti. Adhuc autem
ex sompno dependet multitudo piscium
iacet in profundo maris. et huius signum
est quia rethe eleuatum de profundo tra
hit multos pisces conditos sicut spon
que nobis et pectines vocantur. Sepe eci
am contingit q piscis capitur et non
sentit piscatorem capientem. ppt so
num in sompno n quiescit piscis ita
q nichil sui mouetur. nisi cauda
solum motu modico et si aliquis mouet
piscem dormientem vel ipse ipsum fiat
motus ita q excitetur exp̄gescit
et fugit subito. Sompnus autem pis
cium plus est de nocte quam de die et
hoc contingit ideo quia spiritibus
conclusis magis excitatur calor inte
rius ad euaporandum et quia plus dor
miunt nocte pisces. ideo piscatores
cum luminibus aspicientes eos stan
tes inmobiles magis figunt eos et
confodiunt tridentibus nocte quam die

Tempus autem fecunditatis ovorum sive ovandi est quod cum gallina cubat in estate citius fundunt ova ad exitum pullorum quam in hyeme. Nam decem et octo diebus facta fundunt in estate, et in viginti quinque fundunt facta in hyeme. Et hoc etiam attenditur secundum climata calidiora et frigidiora. Quia in calidis citius, in frigidis autem exeunt tardius. Attenditur autem etiam hic virtus stellarum, quoniam in temporibus equalis caloris citius exeunt sole ascendente quam sole descendente. Adhuc autem luna post ascensionem crescente citius exeunt quam eadem decrescente. Quamvis in omnibus aliis paria sunt tempora. Semper autem quando tonitrua fortia veniunt in hora cubationis, que non agunt de sensu auditus tantum, sed etiam commovent aerem ita quod terrent ova, corrumpuntur tunc ova ex commotione et precipue si iam in eis formati sunt pulli. Hoc tamen secundum magis et minus nocet ovis diversarum avium, sed inter omnes aves magis dicitur nocere ovis columbarum. Et ideo videntur anticipare tempus tonitrui ovando et fovendo ita quod semper videntur in martio pullos educere. Videtur autem hec etiam esse causa propter quam avis dicitur medyr de qua superius diximus fovet in hyeme. Et quedam etiam alia ratio. Commotio enim tonitrui turbat precipue humida et tenera et facit de eis dislocationem et corruptionem. Quamvis testa propter sui subtilitatem inmicetur corruptioni. Stabilia tamen que ab antiquis vocantur rabara et narra, hoc est se absconderunt. Precipue educunt pullos in estate. Et numquam nocet eis tonitrus sicut aliis. Et quedam illorum alii ut sicut dicit Avicena vocantur elhubel hucheses que sunt aves corpulente quan//

fere et strutione qui etiam in estate pul
los educunt. In omnibus autem avibus femine
semper magis inveniuntur circa ovorum custo
diam quam mares. quedam tamen nullo modo
custodiunt ea. nisi per occultacionem. neque
etiam fovent ea sicut strucio. sed in loco
calido ponit ea sub harena et per calorem
solis vivificantur et exeunt. et ideo prover
bium est quod durat ad ova sua non sic sicut
hec eciam avis excludens non pascit filios
quia per se statim nati comedunt et fomentum
matris non valet eis quia nec est sine plu
mis. et corpus pulli operire non posset
et si operiret ipsum pondere corporis gravaret
Quod autem dicitur visu fovere ova sua stru
tio fabula est falsa. quia michi cubilia
visa. sed forte raro ad ipsa aspicit propter
custodiam. et ex hoc vulgus imperitum pu
tat quod visu foveat. Amplius autem aliqua
inflativa quia inflacionem et ventositate quedam
ova concipiunt. et ideo inflativa dicuntur
que greco vocantur zephyria maxime
ova venti concipiunt in autumpno flante
vento austrino. hic enim aperit corpora avium
et humectat et scindat. Et tempore autem
autumpni habundat in eis sicca vento
sitas et humida quidem continet calore
venti austrini ventositas autem movet
eam et extendit genitalia. et tunc excita
tur libido. et sic materia generationis et sor
tiuntur in ova. Columbe autem aves segregate
a maribus eciam ova venti faciunt in ve
re quando concipiunt ventum austrinum calidum
et humidum movet ad materiam generationis
Adhuc autem aliquando ad tactum manus
supra anum et per confricationem excitatur
in avibus libido que attrahit materiam con
ceptus et formatur in ovum venti. sicut ad
tactum mulieris more vulve semen educi
tur infecundum. aliquando etiam ova que vocantur ova
venti concipiuntur et aliquid pullificant. quando
post conceptum tactum fuit a semine galli
sive masculi. Contingit autem etiam ova ex
coitu formata et concepta alterari ad steri
litatem ovorum venti. quando tunc ad
albedinem per evaporacionem caloris transmutantur

Ova tamen venti maxime ex vento
concipiuntur in avibus. Rara enim copia habent
et aerea et locum anni per quod concipiunt vento
expositum. propter quod cum vento moventur ad libi
dinem. et materie generationis attractionem. sic etiam
mulieres vento austrino vulvas aperientes
libidine coitus delectantur et attrahunt eos in
strumentum. fit autem hoc frequentius in avibus
propter volatum et continue caude motum. propter
quod etiam attrahitur semen ad matricem
earum. femine enim avium testiculos habent
sub [illegible] et in exteriori corpore. sed ma
res habent interius. in loco ubi alijs ani
malibus siti sunt renes. Galline autem [illegible]
[illegible] ovant in principio veris. eo quod tunc
calido humido. fecunditas complexionis
earum generatur. Galline autem iuvenes ovant
in estate quando superfluus humor excita
tur in eis. ovant autem etiam in autump
no. Adhuc autem minoris quantitatis sunt
ova gallinarum iuvenum quam antiquarum.
propter iuventutem quod consumitur maxi
me crescit in substantiam corporis. Adhuc autem
gallina multum ovans et non cubans ova
infirmatur et moritur. eo quod humor abstra
hitur ab ovando. et ex ipsa per nimia
ova educitur substantia vite. ea autem que cu
bat infirmatur quidem ex affectu pullorum
quod oritur acumine [illegible] sustinendo sana
tur per restitutionem humidi vitalis in ipsa.
ex hoc quod interea non ovat. Adhuc autem
gallina post coitum excutit se cum hor ripi
lacione. eo quod concupiscencia transit per eam in
per faciens extensionem et alteracionem in ea
sicut in homine quando lagrimas desideri
[illegible] coitus. et quia concupiscencia pertin
git ad superficiem capitis tunc confricando
se sepe paleam accipit in ore et reponit
[illegible] medium corporis. et eadem est causa de
osculo avium quoniam non osculantur sed vapo
re libidinis excitato cum completum instant
coitu confricant se faciendo sibi. et au
gendo coitus delectacionem. et hoc idem faciunt
eciam quando ovant. eo quod tunc semen intrans
tangit nervos et delectat. Sicut etiam mulier
pregnans plus delectatur in coitu quam
illa que non est impregnata. propter quod semen
conceptum movet nervos et ideo excitat con

confricationem. et ideo galline sedentes in nido se
per rostro quatiunt palearis et aliter faciunt
alie aves. Hec etiam de causa columbe que
calidiores sunt tempore libidinis incurvant cau-
dam ad terram et trahunt eam super terram
et ita moventur ad invicem masculus et femina.
Anseres autem et anates tempore libidinis na-
tant in aquam eo quod frigide sunt aves
et evaporaret ab eis calor coitus si non
restringeretur aque frigiditate. Cuius signum est
quia et homo surgens et exponens se fri-
gori fortius movetur ad libidinem ad mu-
lierem accedens quam ille qui in calore iacu-
it iuxta mulierem. Adhuc autem multe aves
valde leviter concipiunt, sicut perdices, ita
quod dicatur quod concipiunt ex semine vapo-
rabiliter diffuso a mare in feminam. propter
quod cum aliquando femina dat cantum ad
masculum et flaverit ventus a mare
ad feminam dicitur concipere. Ego tamen
non credo quod illa conceptio faciat nisi
forte ad ovum et non ad pullum. Sed ad pul-
lum exigitur seminis receptio in corporali liquo-
re diffusi. Credunt etiam plerique quod va-
porabiliter semen perdicis maris transfundat.
Dicunt vero experti a perdicibus tempore
coitus ex parte seminis diffusi quod
vaporabiliter diffundi dicunt. Sed hoc non
est signum nisi fallor quod inducunt. Omne
enim animal fetet post coitum et precipue
femina. Et hoc contingit ideo quod calor
coitus educit humidum et corrumpit de
ipso. Et ille humor corruptus est qui fetet
et ideo fetor ille est in genitalibus que
vaporosa sunt membra. Et est similis
fetori sudoris, sed acutior est in tanto quod
huiusmodi humidum seminale subtilius est humo-
re sudoris ex parte passivi. Et in tan-
to quanto calor coitus acutior est calore
sudantis ex parte activi. Experta etiam pro-
bant non esse verum quod inductum est, quia
perdices domesticas non vidimus coeuntes
sicut coeunt alie aves. Adhuc autem va-
porabilis exhalatio seminis non habet motum
ad matricem femine sed potius dila-
tationis quando exhalat a gallo perdice
sicut et alia vaporabiliter exhalantia
ex aliquo. Capitulum quartum

de tempore complectionis ovorum
et de causa coitionis et mutatione in for-
mam pulli. Quid autem pullo-
rum dividium sunt secundum tempus incubationis et cau-
tionem ovorum. Ovum non gallinae fecundum
quod a semine galli concipitur, ab undeci-
mo die seminis recepti complet in quantitate
et figuram ad emissionem ovi. Ut frequen-
tius tamen contingit in gallis. Duplex
est ovi conceptus. Unus quidem est a semine
galli quod primo intra matricem con-
cipitur et attrahit materiam ovi et format
eam sicut semen grossabilem generantem sibi
simile attrahit materiam conceptus. Et iste con-
ceptus et formatur et perficitur ad ovi per-
fectionem ut frequentius in diebus undecim
in gallina tamen iuvene circa complexionem
qua in ea que utitur nutrimento frigi-
do. Et sic est de aliis actionibus. Conside-
randum quod complexiones variant gallinarum.
Alius autem conceptus est quando sperma
galli receptum invenit materiam ovi venti
in matrice aut in parte aut in toto post
pellem et testam completam. Tunc incorpora-
tur ei et fecundat totum ovum et imbuit
et hoc ovum citius ovatur secundum quod magis
vel minus materiam in matrice preparatam
invenit. Aliter non est de avibus et aliter de
animalibus. Aves non aliquid intra se retinent
materiam ovorum diucius et aliqui emittunt
tardius. Et hoc apparet in avibus qui-
bus auferuntur ova. Ille enim post mo-
dicum ovant alia que retinent si ova
priora eis ablata non fuissent. Et pro-
babile est quod coitus iterum cum amis-
sis ovis ad hoc cooperetur. Sed tamen nisi ha-
berent quasi in thesauro ovorum materiam
non ita cito ovarent post amissionem
ovorum. Et que non amittunt ea non coe-
unt. Et ideo non complentur. Et forte
consumitur materia eorum per calorem seminis
et calorem naturalem. Femine autem pavonum
et columbarum et plurium aliarum avium oscu-
lantur cum coitu propter libidinem ut cla-
us pruritum indicant per confricationem
ut supra diximus. Et in tempore libidinis
femina aliquando saltat super feminam, quan-
do est eis mas. Sed non concipit ex hoc. Soni

fecundior. sed ponit ovum venti eo quod per coitum
cum sola substantia maris ovi ad maturitatem
congregatur. sed quando osculatur marem tunc postmodum
dicitur excitata libidine. mas ascendit super
feminam et coit et fecundat ova ipsius. Sed
tamen pavonis femina et columbe in hoc different
dicuntur. quoniam mas columbus non utitur ad coitum
tum columba tempore quo fovet ova et quod duo
pulli sunt columbi. Pavo autem mas est
tempore quo fovet ova femina. utitur ea ad coitum
tum. et ideo locum in quo cubat pava ova
sua abscondit a pavo. quia coeundo super
ea frangit ea. Crudelitas tamen dicit [illegible]
ni valde corruptus et pavonis quod ex solo
pavonis contingit fractura ovorum. Pugnant
et tunc pava et pavo propter incubationem ovorum
ex nimia ovorum dilectione. sicut et propter pullos
ducendos pugnant grus masculus et grus
femina. ita quod vidimus aliquando masculum gruem
matrem dictam feminam gruem. et occidere
rostro vulneribus sibi datis. eo quod
pullos abstraxit a mare ne sequerentur
eum. et hoc accidit in colonia. ubi fuerunt
grues domestice pullificantes. Generatio
autem pullorum que fit ad corpus ovi transmutationem
mutationem et anathomia est fere secundum unum
modum in omnibus avibus magnis et parvis
et hoc ordine in ovis magis notis que
sunt ova gallinarum. De quibus sciendum
quod habent tres pelliculas vel [illegible] quarum una
est que interius contingitur teste que fere est
sicut dura mater in capite hominis. et al
tera est intra illam que continet albuginem
que est sicut pia mater cerebri hominum et hec
apparet in ovis antiquis que recesserit aliquantulum
tulum a testa contracta. In hiis non etiam
perdite apparent pellicule. Tertia vero est
que includit vitellum ovi. in gallinis igitur
postquam ova cubaverint per tres dies statim
tim apparet ovi ad formam pulli inmutatio.
tamen non in maioribus avibus quam sunt galli
ne erit hoc post pauciores dies proportionabiliter
tionabiliter pensata quantitate in spacio
non trium dierum in gallinis ascendit citri
num ovi usque acumen ovi. eo quod ibi est acer
calor et virtus spermatis. et trahit ad se materiam
tiam cibalem unde accipit supplementum
carnis que post inter nervos et venas.

sicut supplementum accipit formativa que est
in spiritibus avium generationis siquidem substantia
ex sanguine instruit. propter quod etiam sicco
pro maribus est que inficiunt et efficiunt paucum
tum et diminucionem et pinguedinem et maris
sit autem ascendere citrino ad acumen ovi con
tinue ascendit tractu ad illum locum ovi
qui apparet fissura in testa quando egreditur
pullus. licet non fissura fit in superiori parte
ovi usque acumen. ubi fortius corpus et fortius
ter avis. et ibi postquam ascendit citrinum
apparet in albo ovi quasi gutta sanguinis.
et illa gutta primitus inter membra formatur
in corde avis secundum statum ut formetur spiritu
plenum est ex calore digerente et formante
humidum in quo spiritus vehit se usque forma
tiva in formationem aliorum membrorum ex cor
de cum ceperit spiritus a corde. hoc fit motus
per motum cordis secundum sistolen et diastole
et ideo cor tunc modicum secundum a principio secundum lentus
motus avis propter multum humidum quod est
in ipso. quod cito a calore vincitur dico propter
[illegible] aut sicut aliquid supponis [illegible]
sensibilem. licet non tunc sit ut actus corporis
organici phisici sed sicut artifex in edi
ficato [illegible] et instituens organa in
quibus compleat vite ponas. De hoc tamen
in consequentibus cum de generatione [illegible] agetur
erit aptior locus inquirendi. A gutta autem
sanguinis ex qua cor formatur exeunt
due vie quasi venales et pulsatiles et
est in eis sanguis purior ex quo fer
nutrita sunt membra principalia. sicut
epar et pulmo et talia. et iste vie primo
sunt valde pure et crescunt continue ita
quod extendunt usque ad telas illas et venas
que tota includunt ovi materiam. et ibi [illegible]
fiunt ramificatae divisiones multae. Secunda
maior earum apparet in tela que includit ovi
albuginem. illa enim albugo primo
valde est alba. et per vene illius virtutem
mutatur quasi in pallentem colorem. et tunc
vena de qua diximus procedit ad locum in quo
formatur caput pulli portans illuc [illegible]
et purissimam materiam. ex quibus caput formatur
et cerebrum quod est medulla capitis. et fortiter
cum capite formatur etiam oculi. et quia
sunt ex humido aqueo quod vix complet ca
lore. primo sunt valde magni tegentes au

caput pulli et postea modico tempore residebunt alae pulli et detergent diminuti propter calorem digestionem et hoc totum usque vertam per viam que directa ad caput separatur et ramificatur a vena continente tela albuginis et ideo signum est quod qui frangit ovum in illo tempore inveniet caput apparere in humore ovi absque omnibus aliis inferioribus membris prius non apparent pulli apparent prius superiores eo quod sunt spirituales et nobiliores facte ex subtiliori parte ovi et in qua magis potuit vis formativa et tunc hoc facto vena duarum venarum de quibus diximus quod a corde oriuntur ramificatur in duo et una quidem pars eius vadit ad spiritualia que cor continent et dividitur in eis portans eis pulsum et subtilem sanguinem ex quo pulmo et spiritualia formantur et alia extendit per dyafragma et extremitate sua claudit in se circumvolvens ovi et ex illud format epar et stomachum et ideo ista dicitur a quibusdam vicem umbilici in animalibus quoniam per illam trahitur nutrimentum in supplementum carnis que formatur in corpore avis principium vero generationis radicalium membrorum pulli est ex albugine sed cibus unde fit caro supplens vacuitates est ex vitello et cum sic transierit decem dies a principio cubationis in quibus huiusmodi fiunt distinctiones membrorum erit pullus complete lineatus in omnibus membris suis licet adhuc membra eius sint humida mollia sed tamen omnes partes eius apparent manifeste si frangatur ovum et caput suum tunc sed secundum approximationem maius toto corpore eo quod humidum medullare cerebri adhuc non residet propter quod etiam in infantibus hominum capita et post generationem sunt apta donec constringat paulatim fluens cerebrum et in eodem tempore oculi pulli non habent visum aliquem eo quod non adhuc coadunatum est in eis humidum per quod videt quos discooperuit a tela palpebre oculos in illo tempore invenies et oculos nigros magnos ita quod quantitatem fabe excedit vel forte excedit et si frangatur tunica oculi emanat ab eis humiditas alba frigida valde et aqua et nichil duricie vel glandulositatis invenitur in illa eo quod non adhuc coadunati fuerunt humores oculi sed instrumenta virtutis visive et in illo

tempore manifesta fiunt in pullo et tunc apparent etiam vie venales que extenduntur a corde ad oculos per telas capitis et ille habent quasdam ramas que se extendunt ad circumdantium ex quibus nutrimentum apportatur oculorum et in hoc tempore citrinum est magis humidum et liquidum quam sit quando est in esse naturali ante cubationem et hoc fit ideo ut citrinum possit fluere per subtiles vias venarum et tunc nutrimentum ramificatarum vene et quedam vadunt ad humiditatem albuginis que est inter duas telas dictas et crescente quidem pullo paulatim et paulatim diminuitur citrinum et erit una pars eius sursum in nutrimentum superiorum et alia deorsum ad inferiorum nutrimentum inter medias autem duorum citrinorum est alba humiditas que est radicalis humiditas membrorum inter medium illorum fiunt duorum. Videbitur autem subtiliter quod nutrit inferiora descendit albus humidus quod est sicut primus humor ovi qui est radicalis in ipsis radicalibus membris et cum transierint decem dies a principio pulli formationis de qua diximus erit infusum in corpore pulli totum album et eodem albo pauco albo fiunt post vicesimum quem decimus est usque citrinum per quod sugitur nutrimentum et hoc quidem est pulli formatio. Situs autem telarum est secundum istum modum quem diximus primum quidem tela que quidem non est testa sed est dicta mater dura nutrimentum defendens substantiam ovi a testa est in posteriora parte ovi intus per circuitum contingens testam. Tela autem que est sub ista sicut pia mater habet intra se albuginem humidam ex qua fiunt substancie radicales membrorum pulli et ipsa in generatione est que secundum continens totum pullum inter telam autem et telam est humor indigestus qui dicitur in formatione pulli et tela interior separat pullum ab humido isto quia ipso impedire formacionem et complexionem eius et postea istas ambas telas invenimus citrinum in tela quadam sub pullo inferius sic necessaria valida pulli remota a spiritualibus ipsius partibus et sicut diximus superius ad citrinum illud vadit una vena umbilici exeuntis et alia vadit ad telam continentem pullum et ista omnia sunt inter telam exteriorem que sicut dura mater est et sub hiis humidum quod est sicut vitreus quod dicitur et tenditur inter duas telas exteriores usque ad extremum pulli post illud non humidum est alia tela vite sicut mater et secundine quasi ipsa tenedat separare pullum ab illo dicto humido

et recto. et sub isto humido quod in se continet, haec tela invenitur citrinum coopertum in qua tela ad quod extenditur umbilicus a corde sicut diximus. In vicesimo autem die completa habet vitam pullus. et si moveatur ovum quis audiet intus fistula et sibilus pulli. Si autem frangatur ovum circa decimum diem secundum totius pulli invenitur caput eius supra totius dextrum coxae eius. et super membra eius applicat et ala eius conplectitur supra caput eius. et in isto tempore tela exterior est sicut corium quoddam positum supra telam interiorem quae sequitur eam. ad quam superius diximus extendi unam duarum venarum a corde ramificatarum. et ista tela quae est post exteriorem est in qua videtur pullus. Similiter autem apparet circa alia tela similis corio membranali quae continet citrinum ad quam diximus aliam venam cordis extendi.

In isto enim tempore quod est secundum formationem pulli deputatum venit umbilicus exterior extra exterius circuitus tele extensus a corde ad corium quod est tela membranalis. et per eius venae quae est iuxta umbilicum apparet quasi continuata cum pullo apud intestinum quod vocatur cecale quod est sub stomacho. per quod sugitur quasi per mesaraicas nutrimentum. et isto tempore pullus emittit superfluitatem valde humidam extra inter duas telas de quibus diximus per foramen inferioris tele usque circa pullificationem pullificandi. Invenitur ergo aliquid parvum superfluum citrinum intus et ante interiorem sub tela interiori. et est illa superfluitas alba tenuis et intus et extra. Cum autem completur pullus primo quod citrinum est intus et apparet etiam in exitu pulli in ventre eius multum citrinum. et postea efficitur paucum. et cum tempus processerit et perfecte roboratus pullus, dissolvitur totum citrinum ita quod nichil apparet de ipso. Sequitur enim iam completo et perfecto findat testam et fundat etiam intestinum quod vicinatur citrino pulli et vena quae est iuxta umbilicum. Videtur quod vene inferius in quo ambit citrinum remanet, et adhuc aliquid de citrino. Sed postquam iam dissolutum est, ante tempus autem illud pullus in ovo est quasi dormiens. propter multum humidum capitis eius et tumidum oculi eius eo quod non adunatum habet visum et non [illegible] ferat propter debilitatem et mollitiem dormiat

suorum. Sed in suis oculis. et in suo corde post venas pulsantes invenitur a pullo elevatum et depressum a spiritu pulsante quasi sit anhelatio.

Iste igitur est modus generationis pulli. Inveniuntur autem ova non quidem venti sed corrupta ex quibus nullus generatur sicut in antedictis diximus. et quando illa ova cubat gallina non pullificantur omnino. et similiter est de aliis avibus sed in proportione ad ova gallinarum. Apparet autem hoc precipue de columbis quibus sepe inveniuntur aliqua ova quae non pullificare [illegible] columbe multum cubant.

Capitulum quintum de gemellis ovorum et de ovorum diversitate avium precipue galline et columbe

Reperiuntur autem ova ex quibus exeunt gemelli. eo quod duas habeant gemmas et duo citrina inter quae est tela subtilis. Quedam vero gallinae quasi semper faciunt ova gemellina. ita quod inventa est apud macedones gallina quae 18 fecit ova et cum cubavit ea ex quolibet eorum exierunt duo pulli ita quod triginta sex produxit pullos ex decem et octo ovis. et unus quidem gemellorum frequenter est parvus et alter magnus et perfectus et in tertiis contingit parvum monstruosum fieri. vel utrumque minor autem gemellorum sit monstruosus ideo quod virtus spermatis maioris fortior trahit et rapit materiam eius et aliquid forte materie habet ad se ipsum. Cuius signum est quia frequenter in aliquo membro deficit minor gemellorum. Utrumque autem monstruosum efficitur qui utrisque trahendo dislocationem materie facit in utroque. et hoc quidem etiam contingit dispositis incrementis membrorum. et iam in terra nostra apparuit pullus anseris qui duplex fuit corpore et habebat duo capita et quatuor pedes et quatuor alas. et converso fuit in dorso et habebat dorsum unum et quomodocumque iacebat, et sic auferebat unus alteri partem in dorso. ita quod dorsa pertenderent ad se invicem quod accidit ex captura sedendi quae distinguere debuit unam gemmam ovi ab altera a parte dorsi cum omnia alia membra erant integra et salva. eo quod in formatione avium omnia membra capitis et pedum et alarum conversa ad ventrem et non ad dorsum. Quedam

aut galline habent quasi in proprietate naturali facere bivitelina ova duplicium geminorum et ille sunt que habent matrices longas et largas que in receptione seminis galli. motus enim matricis facit spermatis divisionem et tunc duo ova aut unum duplicis gemine generatur. sicut ego probavi habens de ovis gallinarum. Omnes autem aves que vicinantur nature columbarum sicut columba turtur et palumbe et columbe que [illegible] dicuntur et nigre sunt aliquantulum et in arboribus habitant. non ovant nisi duo ova et raro tria sed tercium frequenter corrumpitur. Turtures autem et palumbi ovant bis in vere et si corrumpantur aut auferantur ova sua secundo. tunc aliquando ovant. Columba autem generat post etatem unius anni. columba tamen et gallina nata in aprili ut communiter incipiunt ovare in autumpno eiusdem anni post etatem. si sunt locis calidis et copiosa habuerint pascua. Rara est avis que pullificet sed ovis. licet aliquando non videantur ova quarundam avium. aut propter occultationem aut forte propter paucitatem eorum. Columbe autem ut frequentius simul pullificant marem et feminam. et quando ovant primo ut frequentius ovat ovum masculinum et secundo die femininum. et cum excludit ova ut frequentius primo die excludit masculinum et secundo die femininum ut diximus. sed tamen prius masculinum propter calorem maiorem qui est in masculo quam in femina. Adhuc autem columbus cubat ova de die frequentius. et femina de nocte. et primum quando ovum complet in septem diebus et postea fovet per quatuordecim dies qui sunt dies viginti et unus. et tunc funditur et exit pullus. In fissura autem ovi prima quedam fissura columba prius [illegible] ovo existens primo penetrat testam cum [illegible] rostri sui ita quod testa ubi elevatur ad quantitatem grani tritici. et postea dividit eam in duas et exit pullus. postquam autem exiverint mas et femina pariter calefaciunt eos sibi diversis temporibus. sed tamen femina magis sollicita est de eis quam mas. sicut etiam in omnibus aliis animalibus. columbe autem ovant decies in anno. et aliquando cubant undecies et aliquando duodecies in calidis locis sicut est egiptus. et de hiis dictum est satis in antehabitis. Masculi autem columbe frequentius coeunt post unum annum. aliqui tamen dixerunt et turtures et columbas [illegible] quod [illegible] diu coire post tres menses. sed hoc rarissime contingit et in hiis solo que [illegible] tempus inveniunt ut in principio precedentis veris. Sunt etiam tempus impregnacionis in quibus columbe scilicet est quatuordecim diebus ita quod ex tunc [illegible]. Dicunt autem quidam columbas cavernales que nigriores sunt et minores quibusdam columbis vivere per quadraginta annos. sed compertum est apud nos columbam vivere per xx annos et raro vivunt ultra hoc tempus. columba autem quando complet pullos ovat iterum. ita quod inter unam ovacionem et aliam sunt xxx dies. et aliter non possunt ovare singulis mensibus sicut superius dictum est.

Capitulum VI de cubacione et sollicitudine filiorum avium rapacium et aliarum.

Vultur autem quem greci harrihan vocant nidificat super pullo montes ad quos vix potest ascendere homo et in rupes. scilicet planiores preterea altissimorum et in foraminibus illarum altis nidificant. et similiter faciunt herodii et falcones et aquile. et ideo dicit aristoteles quod nidos [illegible] vulturis sed non est verum in terra nostra in qua sepissime nobis nidi eorum inveniuntur pulli et numerus huiusmodi aves raro inveniuntur propter eandem causam. propter quod etiam quidam poeta asserit quod fuerit in grecia non pullificat sed venit ab alia terra remota. et huius signum dicunt esse quod nemo in grecia unquam vidit pullos eius. licet mihi antiquis fulturos in grecia sepe apparere. [illegible] autem avis huius infausta signis exercitus quod inde strages facta futura est in eis et pestilentia et huius causam dicunt esse odoratum huius avis. sicut nos in aliis locis [illegible] in libro [illegible] hoc repetere oportet. huius causam scire difficile est. licet iam experimento compertum sit quod avis ista suam congregacionem post exercitum stragem indicat futuram [illegible] prudentia futurorum est in ave ista. sed si quid est oportet quod sit ab odoratu aut ex instinctu stellarum. [illegible]

qua habuit aliquando alibi auguris. Dif-
ficile est valde investigare. Propter tamen
est talium in hac et in ceteris avibus in stra-
aucupium est ingrediendum. Excludit autem duo fa-
cit ova quia plura nutrire non potest. Et est
commune fere omnibus avibus rapacibus et cor-
vis que carnes comedunt. Est in anno tan-
tum facit pullos preter hirundines quia solent in-
tendentes carnes bis pullificant in anno et
hic dicunt hic quod pulli hyrundinum quod si
quis perforaverit oculos eorum acu quia apparu-
erunt eos oculi iterum redeunt et consolidantur.
Genus autem aquilarum frequenter ponit tria
ova. Sed non ut frequentius non excludit nisi a
duobus duos pullos. Sed ut quidam dicunt melius
sicut in libro animalium secundo. Hic non dicat
quod et si extrahat ex tribus quod eicit ipsum
a nido. Et ideo expertum est ab aucupibus
quod aquila tres pullos habet et eicit
tertium a nido suo eo quod graviter cubat
et cubat tres. Cuius causam quidam dicit
esse quod in tantum debilitatur cubando quod non
potest venari pullos alias avium quod suffi-
ciat tribus. Sed non potest procurare duos ex
eis. Incurvantur in tunc ungues eius. Ita
quod vix parum rapere potest. Et albescunt
ale sue et efficitur gravatur nimis ad pro-
curandum cibos tot filiis. Et quod mira-
bile esse videtur avis quedam que vocatur kym arabice
aut cebar vocatur. Quam avicenna
vocat feabyn accipit filium aquile eiectum
et nutrit eum. Et hic apud nos in tantum montibus
plurima sunt genera aquilarum. Nunquam
potui experiri. Nisi quod quoddam quiddam
quod si est aquila quosdam eicit. Sicut dictum
est. Et alia que parva aquila et magis eie-
ctos nutrit quam nutrient eos. Et cum nutriti
sunt ab ea ita quod volare possunt devo-
rant abavos suos. Aquila autem per trigin-
ta dies ova cubare dicitur. Hoc enim tempus
commune est cubationis ovorum omnium fere
magnarum avium rapacium. Mediarum
autem tempus est cubationis xx dies. Sicut
milvi et accipitris et huiusmodi avium. Simi-
liter autem aves magne non rapaces cubant
xxx dies. Et anser et cignus. Quoddam
autem genus accipitris quod arabice encaly

ner. Latine accipiter vocatur ut frequentius non
ovat nisi duo ova. Et forte pullificat bis
ita quod faciat tres pullos scilicet duos et facit
unum in quodam anno. Scilicet miluus autem rapax quem
grece alguilneos. Latine autem egonis vel
egyithinus vocatur. Et est quoddam genus accipitris
aliquando pullificat quatuor pullos. Longius
autem magis nunquam pullificat duobus tantum sed
semper plures et ovat ova xx diebus
et cum omnes pascere non potest eicit ali-
quos. Aves non magne que pullificant
simul multos filios ex consuetudine eici-
unt aliquos sicut cornice. Omne autem
genus aquilarum non eodem modo nutriunt
pullos. Sed ut frequentius aves haben-
tes caudas albas magne gravitatis magis
sunt in cibando pullos suos et nunquam se-
parantur ab eis. Et que habent caudam nigram
levius cibant pullos eo quod gravius habent
multitudinem. Omnes autem aves cursorum
ingenuarum rapaces quando vident pul-
los suos posse volare eiciunt eos a se
percutiendo alis et cogendo exire de nido
et quando pulli completi sunt non amplius
sollicitantur de eis. Sed potius constringunt
eis rostrum et consolidant et eiciunt. Avi-
cenna tamen dicit quod nati adhuc sequuntur
parentes. Et parentes fugiunt eos. Ita quod
aliquando tamen fugientes parentibus eos qui
insequentes sunt cadunt in terram. Aucupes
in experti dixerint etiam aliqui experti ut
dicat avicenna quod aliquando morantur
volando cum parentibus duobus annis. Et
in unum sedentur. Sed quod multi dixerunt
aucupes et quod suum expertus est quam
parentes quos astures vocamus et sper-
verios cibant pullos suos volantes
fere per unum mensem et postea abstrahit
se ab eis et docet eos rapere aves. Sicut
parentes deferunt eis aves vivas et dimit-
tunt coram eis. Et incitant filios ad capi-
endum. Et postquam perfecti sunt volatu
ad capiendum tunc abstinent ab eis. Sin-
gule autem terre nostre non cibant filios
suos nisi in nido. Et postea educunt
et committunt predam cum parentibus et post
modicum abstinent ab eis parentes. Sed
falcones cibant filios suos in nido

et cum volare possunt educunt eos ad predam
et cum predari possunt per se educunt eos lon
ge valde a loco nidi sui ita quod in loco
nidi vix umquam ultra comparent et parentes
eorum contemnet habitacionem ita quod narrat
nobis falconarius qui multos cepit falco
nes quod eorum in eadem regione pater filium
secum esse non permittit postquam perfectus
fuerit ad predandum. Aquila vero maior que
apud nos est herodius vocatur raro apud
nos invenitur habere nisi unicum pullum
licet duo faciat ova et hic ita comprimitur
per fere annos continuos visitando nidum
aquile eiusdem. Sed in talibus difficile est
capere propter altitudinem montium in quibus
nidificant. nec potuimus capere nisi descen
dere quendam sub nisso in funibus maxime
longitudinis de rupe. Est vero etiam usus
apud nos eorum qui falcones et aqui
las de nido accipiunt. Aves tamen tales
comedentes sunt cum rostro. et unguibus
vires non habentes sicut est haccihar que
dicta quam nos cornicem vocamus cogi
tat de suis pullis magno tempore postquam
evolaverit de nido. volat enim cum eis et
dat eis cibum. et similiter facit fere omne
genus avium cornini generis sicut corvus et
monedula et plura alia genera avium hiis
similia. Corax autem latine vocatur avis que
maior est quantitate quam cornix. et habet
rostrum magnum et album circa caput ubi
sunt nares et non comedit cadavera. et hanc
quidam graculum vocant. In lingua
vero germanica rueh vocatur. Est autem
quoddam genus avium compositum ex duobus
avium generibus sicut cuculus maior et cu
culus minor. Maior vero cuculus componitur
ex astore et palumba. quorum rostrum et un
gues et pedes habet similes palumbo
et ceterum corpus est simile astori
nisi quod varietas pennarum in cuculo
habet maculas nigras quasi rotundas, in
astore autem sunt lineae nigrae. quod in vola
tu etiam assimilatur astori. Et hec avis grece
kokokor ab imitatione vocis vocatur.
Arabice autem ab avicenna kabul voca
tur aliquando eo quod quando colligit ungues et
plicat eas. et tunc profert kakokor. La

tine autem vocatur cuculus maior. Minor
autem cuculus componitur ex columba et sparverio
huius rostrum et pedes columbe et cetera corporis
et volatum similia sparverio. propter quod vulgi
opinio fabulatur cuculum quorumdam dicunt
esse astorem et econverso fieri de astore cu
culum maiorem. et cuculum aliquando minorem
fieri sparverium et econverso. Sed hoc sunt fal
sa. Causa autem dicti est quod cuculus utrumque
occultatur in yeme. et in illo tempore raro
etiam apparent astur et nisus qui spar
verius vocatur et in estate apparet utraque
avis. Est accipiter sive astur est circa
unguium et non kokokor nec de capite
appellatur accipiter. Et rostrum in duobus hiis
videtur simul columbe. Et in colore as
similatur accipiter nisi quod in aliis accipi
tribus nigre sunt lineae et in kokoko sunt
maculae quasi rotundae. et de sua magnitudi
ne et in suo volatu cuculus utrique simulatur
accipitri magno et parvo. Hoc est astu
re et niso. Et opinio vulgaris falsa est quia et
in multis temporibus et in multis terris
simul apparent iste quatuor aves et vi
di sepe astur rapere cuculum et comede
re eum et forte multi modi sunt hominum cuculo
rum et pulli quidem cuculorum numquam
inveniuntur in nidis propriis. nec cuculus
invenitur nidificans in pectore ad nidum
quin mos est suos pullificare in ni
dis alterius avium. Est mos maioris cu
culi est pullificare in nido palumbi et
mos minoris cuculi pullificare in ni
do parve avis que philomenam cantu
imitatur et habet quantitatem philome
ne et nidificat in rosariis et germa
nice grasmuche vocatur. aliquando
tamen visum est ovare in nido avicule
aquatice que mergus caudatus vocatur. propter
quod Avicenna dicit se cuculum minorem
in utriusque avis nido invenisse sepe in
ripa fluminis et semel in arbore pag
nis et vidisse aviculas illas cibasse
cuculum. et in nido et in terra ciba
verunt eum cibo convenienti quale cibum
pullis suis ferre consueverunt. Sed
autem isti modi cuculorum ovant in ni
dis avium aliarum primo sorbent ova
illarum avium et postea sua ponunt in lo

rum illorum. et ideo alie aves fere omnes
impugnant gurgulos sed occulte accedunt
ad eos et raro faciunt nisi ovum vel duo
ad plus. interim autem cum pullos ipsi
gurguli maiores nutriunt a paludibus et per
viis valde et bone carnis. ipsi nutri
ti conveniendo. et in hoc genere eorum pulli
accipitrum qui sunt valde bone carnis
eo quod ranis et bonis cibis nutriuntur.
Unum autem unum genus accipitrum quod
suum nidum facit in locis valde altis
inaccessibilibus et ideo raro eius pul
li auferuntur. et hoc proprie faciunt he
rodii apud nos qui nidificant in pa
rietibus moncium altissimorum in alpi
bus. ita quod non est accessus nisi per
funem aliquis submittatur a vertice
montis. et hunc oportet ligari in sporta
et cista fortibus vinculis. ne ab hero
diis antiquis devoretur. et oportet multos
homines desuper montem submittere
sagittas et ictus lapidum super antiquos
herodios ne lacerent carnes eius qui
submissus est ad accipiendos hero
dios iuvenes. Multe autem alie aves
faciunt nidos comportando terram ut sunt
hirundines et columbis et cubant successi
ve aliquando mas et aliquando femina
sed tempus cubationis masculi est tempus
minus quam quo cubat femina. non enim
cubat mas nisi tempore quo indiget
femina ad suam cibacionem. Sed femine
avium kaviebratum hoc est earum que
sunt de genere gallinarum et anserum. so
le cubant pullos suos absque mari
bus. et postquam incipiunt cubare non
recedunt a cubacione ovorum suorum nisi
tempore modico quo cibum accipiunt.
Aves autem lacunales sicut anates et
anseres et cigni pullificant consuete
vivunt inter arbores et herbas virides in
profundo aquarum. Ideo semper stant cu
bantes pulli non recedentes ab eis. eo
quod in illis locis cibi sui est copia vel
seminibus herbarum et in ipsis herbis
aquaticis. Struthiones autem femine colo
rum nigrorum cubant sole ova sua sed
mares ducunt feminas cibum ad nidum
quod non faciunt mares gallinarum et aliarum

vel agricarum. femina vero avis que dicitur
tranier que est paludibus incipit cubare ova
a medio die et continuat usque mane sequen
tis diei cubacionem. et mas cubat a mane
usque ad meridiem. Avis autem que columba vo
catur facit ex ovis suis duas aves
et femina cubat avem unam et mas cubat
aliam avem. et cum exierint pulli usque
solliciatatur de eis quos ipse cubavit
et postea illis adultis iterum mas coit cum
femina et pullificant duodecies aves quo
rum sicut pavus. Pavo autem durat vivens
xxv annis. et pullificat cum est trium an
norum et deinde colorantur eius penne melius
cubat autem ova sua per xxx dies sicut
aves magne de quibus supra diximus
hoc enim tempus est quo luna accessu
et recessu ad solem perficit periodum et quatuor
modos temporum. post septima autem dies et
cetera hoc fundunt aves ova et non pullifi
cat nisi semel in anno. Ovat autem xii
ova. vel parum minus et non potest po
nere ova sua ita quod post unum ovum stat
duobus diebus aut tribus. et tunc ponit
aliud. non enim ovat consequenter sed inter
polatione et prima quando vice vice quando
pullificat forte facit octo ova et frequen
ter ovat ova venti. et ideo paucos facit
pullos et in terra nostra non sunt nisi in
quibusdam ut sex ferre simul. coitus autem
pavonis est in vere et post veris tem
pus statim ovat et eicit pennas. quando
primo arbores folia fluere incipiunt mu
tare autem cercato pene quando arbores
primo volea habere incipiunt. Ab aliqui
bus autem ponuntur ova pavonum sub
gallinis et cubantur ab eis. eo quod sicut
diximus superius pavo a pavo ascen
datur. vero dum cubat ova et franguntur
tur ova a strepitu coeuntis. et ideo et
femine nidum abscondunt a masculis
et similiter faciunt femine multarum avium
agrestium. et cubat ova sua sole. Volo
tus occultus. Cum autem ova pavonum
sub gallina ponuntur non sunt ponenda nisi
duo eo quod vix amplius cubari potest
a gallina pullis pavonis et oportet
quod cum sollicitate custodiatur ne gallina
dimittat cubacionem ovorum illorum quia

hoc est gallinis aquaticis [illegible] quod ad tempus tubit(?) et tunc incubare non curant. et cum ut cogantur ad incubandum per fricationem ad ova reducuntur et quod incubet super ova: et quod mitius incubant. In omnibus autem avibus quiescit quod testiculi eorum vestiuntur tempore coitus. et etiam testiculi qui sunt maiores tempore coitus magis vestiuntur. Inveniuntur autem aves testiculos habere scilicet selecti(?) et galline. quae autem non coeunt habent testiculos parvos. Iste igitur est modus pullificationis avium. Tractatus

secundus de anatomia et ysmicon ovorum piscium et natatilium capitulum primum de ovis piscium et quae sit anathomia embrionum generatorum in ipsis et praecipue de his quae generant animalia et concipiunt ova et cetera ad de maris animalia generantibus sibi similia.

Ovis autem habitis de aliis ysmicon ovorum natatilium sequenti modo est declarandum. Primo ante in piscibus quod communiter genera piscium ovant praeter genera cetorum et delphinorum. et quedam genera [illegible] quae dechon Graeci dicunt quae [illegible] vocant lupos marinos quae quidem ova concipiunt sed animal completum ex utero emittunt in exterius ova et pariunt animalia. Horum autem genera nos in anathomiis prosecuti sumus ubi locuti sumus de materialibus ovarum marinorum. Omnes autem pisces piscantes ex se [illegible] generationem piscium in ipsis ovis sed non mutant ova post generationem sicut aves. Videtur tamen Aristoteles dicere quod omnes pisces [illegible] pullos suos praeter ranas sed non est hoc compertum in piscibus qui sunt apud nos. nisi intelligatur de illis qui ovant in ventre et pariunt animalia ex utero. hi enim emittunt pullos suos. sicut illa quae pariunt animalia scilicet cete et delphinus et huiusmodi. Matrices autem piscium diversificantur sicut superius determinatum est. matrices enim aliquorum piscium superius habent duo capita ad utrumque latus porrecta sed ova sua sunt deinde [illegible] ad partem inferiorem ad locum [illegible]. Matrices autem eius quod vocatur selachi assimilantur matricibus gallinarum in positione ovorum sed in nullo illorum inveniuntur ova per se

diafragma. sed ponitur circa superiores spondiles dorsi ipsius. sicut invenitur in gallina. et ab illo loco [illegible] sic descendit deorsum. Ova autem piscium omnia videntur esse unius modi in colore humoris qui est in ipso quia color humoris omnium videtur esse albus. et non citrinus. Cum autem elevantur ova piscium mutantur ad citrinitatem. et quorundam etiam in primo citrina esse videntur sed humor ex parte albuginis non videtur esse similis. Inter anathomiam autem generationis ovorum avium et anathomiam generationis piscium ex ovis est diversa in una re quae in ysmicon generationis ovorum in piscibus non est alta [illegible] venarum quae a corde extenduntur. non enim est in eis illa quae ad telam exteriorem in ovis avium extenditur quia quidam male vocant umbilicum. eo quod sanguine deficit ad exteriora. sed est in eis illa vena quae proportionatur illi quae in avibus venit ad citrinum quia illa sugit nutrimentum ex quo fiunt supplementa membrorum. Generatio igitur pulli piscis incipit a capite acuto ovi. sicut et generatio avium. et sicut in avibus ita et in piscibus extenditur semen a corde primo ad caput et ad oculos et primo in eis apparent post superiores magne. et in principio crescit pullus tantum diminuitur de albo. eo quod incorporatur membris radicalibus pulli et in toto pluri [illegible] in toto generatos et formatos sunt completa et pulsus cordis. quod quidem venit ambelitur per venam pulsatilem continua. cum in sectioni parte venientes portans pulsum et vitam ad partes inferiores. et dum pulli sunt parvi et incompleti habent tales venas quae vice umbilici sunt longas. et postquam crescunt et complentur abbreviantur et continuantur in corpus versus cor sicut dictum est de avibus. Pullus autem et ova sunt intromissa et resoluta in tela. sicut et ova et pulli avium et illa est sicut dura mater et ideo inter ista est alia quae continet pullum et nihil aliud est cum ipso. et inter istas duas telas est humiditas [illegible] in creatione pulli. Adhuc autem pullorum piscium omnis formandorum cibus est in ventre matris sicut et in avibus. et ideo oportet ovum piscis esse compositum ex humore duplici. Liquorem unus est ex quo fiunt radicalia membra.

et 24 ecquo sicut ex aliis fuit supplementa
quibus implent vacuitates et alia in
corpore. licet in ovis piscium secundum visum non sit
nisi albus humor et nullum citrinum appareat
in eis per anathomiam aut ex stilus quod ma
trices piscium dividuntur in quedam matri
ces piscium quorum galedoly dictorum. hec
cartilaginea nam humor. quando illa generata
albus sunt est hec actio proprie quod ova cor
creantur in medio matricum suarum secundum
latitudinem. medietate accepta prope spon
dilia dorsi. sicut fit in piscibus qui mari
ni canes vocantur. et quando ova fuerint mul
tiplicata descendunt inferius. et matrix cor
secundum longitudinem divisa est in duas par
tes quasi in duas ramas. et in matricibus
istorum canum et similiter in matricibus eorum que
galedon vel galedoli vocantur sunt intus sed
duo corpora mamillarum albarum et sunt po
siti sub dyafragmate ad modum spatium et
nisi fuerit hoc animal pregnans non possunt
inveniri ista duo corpora mamillarum. Canis
autem marinus et piscis qui vocatur machider
habet cortice testeum in ovo suo et in medio
corticis istius est humiditas. que est sicut
humiditas albuminis ovi corticem talem non
habentis. et quando transmutatum ovum ad speciem
et figuram pulli vie venales que inveniuntur
in ovis istis testeis sunt. sicut pili ex
tensi per ovum. teste autem que sunt in ovis ca
num qui fabranez dicuntur et canum qui
dicuntur galanor funduntur quando exit pullus
ex eis. et similiter fit in eo qui dicitur Natyd
et in animali quod dicitur hacamyder ga
laor hec non habent ova nisi dyafragma
super mamillas de quibus diximus et exi
bunt ex eis quando descendunt. et tunc fiunt
ex eis pulli. Sic autem est de vulpibus
marinis et de quibusdam tortucarum marum
que leves vocantur. hec non omnia ova sua ha
bent in medio matricis sicut canes. et deinde
procedunt ista duo ova formata ad duas
partes matricis inferius et ibi funduntur et exe
unt ex eis animalia parva habentia umbilicos lo
ngos propter maturitatem quam maturari videntur ad hu
bere et ideo cum funditur ovum in coitu pulli
putatur a quibusdam quod pullus formatus sit
in matrice. sicut formantur pulli quadrupe
dum generantium sibi similia. et umbilicus eorum
est longus continuatus cum inferiori parte matri
cis sicut in quadrupedibus. Et erat autem tali
um animalium est usque medium umbilici corporis. et
caput eius per umbilicum quando defecerit
est humiditatis albuminis ovi post fissuram eius
in matrice. et quilibet quidem pullus ex eis
natus habet sedem propriam rotundam sed et
quilibet specialis humiditas habet etiam sedem
propriam sibi deputatam. sicut etiam in quadru
pedibus. et cum pulli sunt parvi domus por
rigunt capita sursum et completi convertunt
ipsa ad unum quoniam ille est aptior exitus
Contingit autem secundum dispositionem naturalem quod mas
formatur in dextro matricis. et femina in sinistro
sed aliquando aliquo accidente contingit marem
formari in sinistro. et feminam in dextro
Aliquando etiam in eadem parte matricis
invenitur aliquando mas et femina. scilicet
eo quod plurima sunt accidentia que operantur
secundum diversitatem in piscibus et quadru
pedibus. Plurimum autem istorum animalium ha
bent instrumenta interiora ad digestionem
pertinentia magna. habent etiam epar magnum
mundum et per consequens omnes venas sanguinis
habent magnas. Ova autem animalis ma
rini quod vocatur celehoti sunt prope dya
fragma et sunt parva et magna. Et
est quoddam genus simile illi quod habet
multa et parva et inveniuntur sub loco ovo
rum in eis pulli multi. et ideo putatur quod
pisces hii coeunt et ovant et pullificant
omni mense. et quod ova creantur in eis ante
perfectum exitum pullorum. sed nec est verum
sed causa est quod non omnes pullos simul
pullificant sed ponunt et ova et pullos
multis vicibus successive generantes. licet
hec faciant uno tempore continue pullifi
cationis eorum. In hiis autem eisdem animalibus
quedam ova iacent in profundo matricis
et ibi maturantur et complentur in pullos
Id autem huius generis quod galea
vocatur contrahit suos pullos ex ipsis secun
do eos extra et deinde post partum ip
sorum apparet eos iterum sibi et producit eos
et ducit eos. Quoddam autem huius generis
quod vocatur grece berahy. latine autem
a quibusdam vocatur torpedo facit
similiter quidem de pullis partis sed.

cit plurimos pullos ita quod antiquus testatur se vidisse multas torpedines quorum quelibet habuit octuaginta pullos. Sunt autem alia sicut lingua quorum unum vocatur atatacor et alterum kalcor quod faciunt filios valde spinosos. Et ideo eos in interiorem matricis sue recipere non possunt. Adhuc autem piscis quem greci tiragon nos in latino vocamus. Et bator quem nos vocamus passerem et sunt alio genere piscis quem pleydis vocamus et sunt pisces lati et ampli non possunt ad se recipere pisces suos in interiora sua propter durigiem et amplitudinem corporum que haberet matrice. Bili autem nulla species rane omnino reddit pullum suum in interiora ubi sibi propter magnitudinem capitis et magnitudinem et asperitatem spine sue quod matrix sustinere non posset. Amplius autem omnes masculi piscium tempore luxurie habent vias plenas semine ita quod etiam totum videtur esse semen ex ipsis per anum. Et iste vie seminis dividuntur in eis in duas partes. eo quod seminum sicut habent in tela divisa. sicut est matrix habentium ova. Et incipit divisio tele illius a pariete superius et protendit ad porum ani per quem semen emittit et ibidem est vena magna que a corde dirigitur ad inferiora ad locum ubi incipit tele divisio. In tempore autem generationis ovorum sunt matrices manifeste in ventribus earum hovorum. Et similiter propter timorem seminis manifestantur vie seminis in ventribus masculorum que alias latent in tempore castitatis. Quoniam nec femine ova nec masculi semen habent. Amplius autem diversitas est in viis spermatum generatione masculorum in piscibus frequenter in dorso continuantur. Vie autem feminarum sunt levius motus ad eiciendum ova et secundo autem in quadam via vena sub umbilico ventris et omnia ista facilius apparent in anatomia quam scribi possunt. Celeti autem id est frequentius generant in quibuslibet sex mensibus et astaror generat multis vicibus. eo quod sunt madidi. Est etiam quedam species generis quod galeon vocatur quod generat in anno uno bis et incipit coire in in fine martio et similiter omnes alii galeon bis in anno generant preter id solum quod camen vocatur. Ille non solum modo istius generis semel in anno pullificat. Adhuc autem quidam de galeon pullificat in vere. Ille autem qui vocatur raber pullificat in autumpno circa tempus quo occidunt pleyades ex casu et hoc est quando sol est contra finem libre quia tunc oriente sole occidunt pleiades qui sunt in fine arietis. Et in illo tempore pullificat pullum suum ultimum et forte primum pullum facit in vere sed ultimum autumpnalem pullorum pigrioris est corporis valde. Pera autem pullificat in autumpno et propter portam maris. Celeti vero exit a profundo maris et pullificat propter terram. Et hoc facit propter calorem et ut afferatur timor quem habet de pullis ex tempestate maris. Nunquam autem est visus piscis qui coitum faciet vel temptaret cum pisce alterius. Tamen quidam putant quod sic coeunt pisces vocati depator et rabitamini. Et invenimus quedam piscis dictus greco rinobagos latine autem statina cuius caput et membra anteriora sunt similia membris bator. que lombardi passeres nos autem pleydis vocamus. Et est species quedam pectinis et posteriora sua sunt similia membris qui dicitur Rabir in greco. quem in mari anglico et germanico raiam vocamus et habet caudas et hoc creditur contingere ideo quod generatur ex permixtione seminis illarum duarum specierum piscium. Generatio autem galeon et galeosir est sicut generatur ex permixtione canis et lupus marinus vitulus et pisces ampli et lati sicut karaken quod torpedinem supra vocavimus et ille qui vocatur karor et taragon generant sicut diximus. ita quod primus ova concipiunt in se et postea pariunt ova fissa piscium. Delphinus autem et balena et omnis modi kokyr qui est vitulus vel leo marinus que non habent brancos per quos vomat aquam sed habent membrum anhelitus per quod respirant non ovant sed extra generant alia sibi similia. hec autem quod grece vocatur kar latine autem rex piscium dicitur et in mari Indie repitur et omnia genera vaca et marina

vel non sunt inventa ita quod ova habent
in seipsis sed subito generant post conceptum
et cum complete formatus est partus tunc
emittitur eum per uterum sicut homo et aliud
animal generans sibi simile. Delphinus vero
in maiori parte generat unum et ad plus
duos et similiter galene et cocatie que la
tine turscio vocatur et delphino parvo simi
lis assimilatur licet non sit eiusdem speciei
cum ipso. Turscio autem dicta precipue in
mari bossforas invenitur quod mad-
harir arabice vocatur. Differt autem a del
phino in hoc quod minor est eo et celestis
coloris cum delphinus sit niger. Videtur ta
men aliqui qui tursium de genere dicunt esse del
phinorum. Iam autem visum est quod utrumque
horum generum simul liter dormiunt ita quod or
ganum respirationis extra aquam extensum
fuit. Utrumque etiam horum generum habet
lac et lactat fetus suos et tubant eos
dum sunt parvi et propter omnia hec putatur
esse unius nature sed pulli delphinorum
cito crescunt et in perfecta magnitudine comple
tur in decemo et tempus impregnationis eorum
est decem mensium. Tempus autem partus
eorum est in estate et raro in alio tempore
et ambulat natando sub pelago et est
proprium delphinorum longo tempore sequi pul
los suos et esse longe vite. Iam enim ex
pertum est delphinum vixisse per CCC
annos et alium per centum XX annos et sic
habetur per amputationem caude eorum
in iuventute. Et hoc autem valde diligit
pullos suos. Zedoky autem quod latine
est vitula marina aliquando manet in mari
et aliquando in terra eo quod non branchiis trahit
aquam sed inspirat et dormit sicut delphi
nus et parit super terram prope aquam sed
tamen maior pars mansionis eius est
in aqua propter quod etiam inter mari
na computatur et generat animal ex utero suo
et fetus exit cum eo secundina ex ipso sicut
in aliis animalibus generantibus sibi similia
sicut oves et sibi similia. Parit autem
unum vel duos aut tres ad plus et habet
mamillas et parit omni tempore anni
sicut homo. Frequentius tamen parit an
ni tempus quando est principium ...

capricorni et quando fetus suus est duode
cim dierum tunc educit eum a terra ad ma
re multotiens in die procedendo cum ipso
donec fetus assuefiat mari et neque bene
ambulare eo quod non bene sustentatur a pedi
bus eo quod ossa sua de natura cartilla
ginis sunt et sunt pygmees valde. Propter
quod et graviter interficitur nisi vulneretur
in maxillas vel tympora eo quod durum
et spissum est corpus eius. Vox autem sua
est sicut thauri et in sua femina dici
tur vulva que est collum vesice sicut
in reliquis quadrupedibus marino etiam invenitur
et secundum vulve et matrices inveniuntur
in ipso sicut in mulieribus. Hec igitur
est generatio marinorum qua intra se generantur
extra se ex ovis generantium. Ca

pitulum secundum de generatione piscium ovantium ova multa incompleta ex quibus plurima pereunt et de generatione eorum que sunt coitu et ovis generantur

Pisces vero ovantes sicut diximus de
sub induo habent matrices et matrix
eorum est posita in ymo corporis. Omnes autem
pisces habentes cortices que squame dicun
tur ovant sicut in antehabitis diximus sci
licet lebracair et castaroc et kakalor et
omnes pisces qui albi vocantur ex albe
dine squamarum. Similiter autem ovant os
lenes et non squamosi pisces ita quod
etiam euchelir quod est anguilla tempore
pluvie in gutture ova inveniuntur habere
aliquando. Omnia ergo ista piscium genera ovant
ova mollia non indurata et incompleta
propter matrices eorum plenas ovis que
ex arctitudine vesice compleri non possunt
ante ovationem. In pluribus autem piscibus
apparet divisio ovorum in duo quamvis
non appareat matrix in eis propter parvi
tatem et tenuitatem piscium. Superius
autem universaliter locuti sumus de coitu
omnium piscium. In pluribus vero modis pis
cium inveniuntur mas et femina. Dubium
est autem de hiis hamoz qui vocantur thirar
et thoracanis qui in omnibus individuis
harum specierum inveniuntur ova. Non autem
inveniuntur ova nisi in hiis qui eunt pisces.

et non coeunt nisi cum hiis consimilibus qui
talia habent. talia autem habentibus in hiis speciebus non
inveniuntur. fortasse autem solucio huius est quod
ova in talibus sine coitu inveniuntur sicut se
mina inveniuntur in plantis. cognosci autem
hoc ex quibusdam fluvialibus piscibus. in
hiis enim quidam sunt in quibus mox cum
nascuntur ova inveniuntur sicut in eo qui
vocatur grece koninos de quibus non
potest dici quod ex coitu nascantur. In
piscibus autem ovantibus ex coitu multa ova
pereunt: eo quod quidam dicunt ipsas femi
nas piscium sua ova iterato gluttire et
comedere. multa autem ova dispnuntur ex ip
sa frigiditate humidi aquei et impetu aq
ue salvantur ex eis ut illa que cadunt de loci
quietis in quo fetus calore loci et quie
te educi potest. si enim omnia ova sal
varentur nimium pisces multiplicarentur
Nec fit fetus ex aliquo ovorum nisi
ex illo super quod mas sperma ejecerit
et ideo ovante femina sequitur eam mas ei
ciendo sperma et quod tangitur spermate
fiet piscis parvus. et plurima sunt que
non tanguntur et plurimum spermatis cas
satur in mari. Adhuc autem quod generatur
ex hiis ovis primus casualem habet
generacionem et per multa potest impedi
ri. Sibi autem accidit in motu malach
ie. quando non ovat femina animalis quod
est de genere malachie licet non viderimus
hoc experimento nisi in kabkiciem ex co
hoc persuadet ex hiis que videmus in aliis
Malachie autem ovat super terram sicut kab
kyen aut super lapidem. et id quod
exit primo a suo ovo est latum et molle
Ovat autem in terra ideo quia loca mari
na que sunt super faciem terre sunt cali
da et est in eis multitudo cibus et pullos
qui ibi sunt non comedunt alia pecora
marina. et propter hanc causam major pars
piscium pullificat in mari quod dicitur
kauntar grece et est mare, kabir dic
tum arabice. latine autem vocatur mare
bosforos. pullificant etiam ascenden
tes de mari in ripa fluminis qui dicitur
termodon que quidam nilum esse intelli
guntur. quoniam in ripa fluminum
illius non est impetus ventorum et est lo
cus calidus et recipit in se multas aquas
dulces propter longum fluxum eius ab ex

novali usque ad mare. pisces etiam tale
ter ovantes non faciunt fetus nisi semel in a
nno preter fokyrion quod est parvum genus piscium
hoc enim genus pullificat bis in anno
Orna autem que est inter mare et femi
na huius generis malachie est quod mas
est majus ingenio et maioris conditionis. Ad
autem quod belce sive blacce latine vocatur
concipit ova et cum venit tempus partus
finduntur ova in utero eius et patet ante
et exeunt pulli de ipso. iste enim piscis habet
additamentum quoddam elargatum interum
sive sub ventre et epate et quod concipit
ova remanent ova sunt in ipso et conti
nua ad inferiora et non pariunt isti pis
ces nisi id dicat quod generatur ex ovis
suis. sed ova illa aliquando remanet inter se
additamento producuntur tela subtili et cer
ebri. sicut a principio formatus eorum magis
in rotundum Ex quo perpenditur orna ge
nerationis contrarium a generatione eorum qui ge
nerant vermes qui in omnibus illis primo
apparent partes inferiores et maiores In
hiis autem piscibus qui ex ovis formantur
per maiores manifestantur partes superiores
et in omnibus infra equantur oculi
et caput in piscibus autem in principio.
In omnibus autem hiis piscium generibus.
quando figuratur humiditas ovi ex quo
formatur pisciculus non amplius ex
[illegible] cibatur piscis. sed post modi
cum invenitur sufficienter cibabit ex
hiis que sunt in aqua. Unum [illegible]
autem est genus quod conveniunt greci a
tequam vocaverunt. et quod hoc genus ovat
inducat ad terram quendam viscositatem hu
morem quem kokor vocant et dix
erunt quidam quod est flos eius ex quo
dicitur ovare ad dictum kookyon et
in hac generacione in principio est talis invenit
unt conche. et dicit quidam expertus ma
rinorum quod kokon flos non acquirit
nisi ex piscibus parvis qui sunt in loco
sue pullificacionis Amplius autem pisces
qui habitant in lacunis et fluviis
in majori parte impregnant post quinque
mensis sed proprie post unum annum pulli
ficant omnes et non ovant ova sua sem
el sed successive spergunt ea sicut etiam
faciunt pisces marini Animal autem aster

quod scolomon dicitur quinquies aut
sexies in anno ovat et pullificat. Ma
iori parte apud apricones stellarum coniun
garit que a veniunt ser signorum aquilonari
um de sub radiis solis emergentes. Balleri
etiam dicitur quod ter in anno pullifi
cat. Residui autem modi piscium fere omnes
aut omnes semel in anno pullificant et fa
ciunt hoc etiam in ripis fluviorum et lacuum et
precipue ubi inveniuntur multe arborum
et cannarum sicut sepes. Et sicut piscis qui
coclica dicitur et brica. animal quod beg
nir vocatur et bercea sunt communia genera
tionis et ovant omnia ova sua sicut se
rana et intantum involvuntur ova sua in
generatione coitu quod etiam naute auferunt
unum de altero. Et frequenter inveniuntur quin
que canas. Est autem piscis magnus gal
non vocatus qui pullificat in locis in
quibus est pauca aqua et precipue in
locis in quibus sunt radices salicum et ali
arum arborum et cannarum. Adhuc autem
pisces magni coire videntur et constringunt
se ad ventrem in loco qui umbilicus noster
vocatur et est inter anum. Post hec tamen
mas creat sperma et femina creat
ova. Et omnia ova que cito tanguntur a sperma
te apparent magis alba post unum diem
et post modicum tempus apparent in eis ocu
li piscium. Et hoc fere generale est in omni
bus piscibus. apparent autem forte etiam in aliis
animalibus quorum etiam oculi in formatione
eorum ex semine apparent cito magni. Cum
autem crescunt pulli piscium rumpunt ex se
pellem ovi que erat pro testa que contine
bat totum ovum et piscem pullum comple
tum. In principio autem quando sperma maris
tangit ovum facit ipsum molle et piscorum
in tali dispositione inveniuntur adherere
radicibus arborum inter quas pullificant
et mas quidem manet diu in loco ubi femina
ovavit multa ova sed femina minus de eis
sollicita videtur. Et masculus quidem piscis qui
legynor vocatur manet super ova que tetigit
sperma suum xl aut forte l diebus. eo quod
ova illa non cito complentur neque etiam talia
sunt ex sunt ovis cito convalescunt. Et
[illegible] dicitur fieri piscis que scolomus vel

ri quod locauerit Sudhar autem pisces quali
ex ovis piscium pluvio crescunt in tribus diebus
et ova eorum que tanguntur a multo spermate co
nitur et crescunt in die uno. Et dicitur quod equali
tas ani eius quod galanir vocatur est sicut
quantitas seminis orobi quod est sicut vicia. Ea
autem quantitas ani scolior et simul sibi. Et
balleri quidem pullificant ova sua pullos
in loco intra aque et trahunt pullos suos
post se sicut gregem. Silon autem pulli
ficat iuxta ripas maris ubi plana est locorum
ad que semper potest pervenire locus ventus
et hoc animal etiam discurrit cum generatione
sua more gregis. Belwncor autem et bele
nir vadunt in tempore sue pullificationis ad lo
ca pauce aque et sepe videntur consequentes unam
feminam viii aut xiii mares sicut fa
ciunt canes post unam catulam. Et quando femina
eiecerit ova sua et recedit ad locum quietis
sue sequuntur mares ova et eiciunt sperma
sua super ea. Maior autem pars ovorum horum pis
cium dampnatur eo quod femina ovat natando et
ova que exeunt in impetu et sub aqua dampnantur
nisi cadant in aliqua materia herbe vel ca
[illegible] continentem ea donec compleantur spermati
bus masculorum. Omnes autem masculi piscium
semine habent dicti sunt preter quedam genera
que halzalor dicuntur de quibus supra fecimus
mentionem in quibus nec ova nec sperma inveni
tur et de istis generibus est anguilla. Et ad
genus quod castonor vocatur ascendit
a mari ad flumina et paludes sive lacu
nas quando vult pullificare. Hallor [illegible]
facit contrario. Crevida autem piscium genera
[illegible] limi putredine et arenarum sine coitu
et ovis. Et precipue in loco qui vocatur camdes
iste vero locus desicatus dicitur in ortu ca
nis et tunc purgatur a limo et putredine ita
quod nichil remanet in eo de ovis piscium
preteritorum. Cum autem circa hyemem rever
titur ad ipsum aqua generantur sine coitu pis
ces parvi. Et similiter fit in pluribus aliis
aquis generatione lacunalibus. Illi autem
qui in lacu qui camdeon dicitur gene
rantur sunt de genere fastaleon et anguilla
rum quia nullius eorum invenitur sperma
lacteum aut ovum. In asia autem in loco ubi
multa flumina intrant in mare sunt quidam
parvi pisces in quantitate piscium qui grece

ex kapriata vocantur · et quedam alii dicitur
siles de quibus quidam dixerunt quod omnia genera
eorum sicut et fastanor et anguillarum generantur
sine coitu et multi sunt de illis per
unus hac dicendo quia iam vise sunt
femine earum ovis fete et masculi inven
ti sunt pleni semine · tamen est aliquis
modus piscium qui fit ex putredine limi
et ex harenis Ex dictis igitur manifes
tum quod pisces quidam per se generantur non
sine ovis et coitu · et quidam generantur ex lu
to quidam generantur ex arena · et quidam
sicut dicit Avicenna generantur ex vermi
bus qui lubrici terre vocantur quod superve
nit eis aqua sicut enchelez quam nos
anguillam vocamus In hac enim aqua non
apparuit masculus vel femina quia fal
sum est quod dicunt quidam quod ille qui sunt
longi capitis sunt mares · ova etiam
invenimus in eis tempore longe pluvie · non
invenimus in loco ovorum in ventre vel ma
trice sed in collo · et ideo sunt quedam superflui
tates granulose similes ovis sed non
sunt ova secundum veritatem · Quidam autem
etiam pisces generantur ex putrefactione
que natat spumosa super aquam sicut affro
dicitur quod ex aqua virtute per putrefactionem
generatur · hic enim ex solius aque quidem vi
non gignuntur quia ex pura aqua nihil
generatur et generatum non habet semen et quod
pertransierit magnum tempus moritur et
generabitur ex eo piscis alius · et hoc ge
nus piscis modicum est et valde parvum
omni tempore et hic piscis queritur principio
veris et in autumpno ab omnibus
piscium affrator dicitur In estate autem
et hyeme non generatur et ideo magis generare
sed per putredinem nasci videtur Quidam
autem quod hoc animal ex terre putredine generatum
est quod tempore frigido absconditur
in terra ita quod venari non potest · ma
ior enim calor tunc est in terra quam in aqua
vel aere In tempore autem calido sereno aere
propter maiorem calorem aeris et aque ascen
dit ex terra et tunc venari potest · est autem
et alius modus generationis quorundam piscium
qui in citro crescunt propter totam mam putresce

rem quam secundum totam suam quantitatem in pisce
hic autem generatio maxime fit in locis umbro
sis et in parvo tempore quod educat calidum et hu
midum de eo quod putrescit et non consumit
ipsum · et fit in terra calefacta aliquantulum equa
liter et ideo plurimum talium piscium generan
tur in locis qui dicuntur telomne et teme
torchila et marescam eo quod in locis illis
spuma ex spuma exsiccante plurimum generatur
in tempore pluvie · generantur enim pisces ex spu
ma que venit ex spuma pluvie · propter quod
etiam pisces spumosi vocantur · cuius signum
est quod iam visus est visus piscis iste ebulli
re in spuma · et quando fuerint anni calidus
pluviosi tales sicut ebulliunt vermes
in stercore putrescente · Adhuc semper
invenimus istos pisces in loco spume · et
quando fuerint anni calidi pluviosi invenitur
habundantia piscis istius · est etiam adhuc
alius modus piscium ex putredine genera
torum in aque putrescentis virtute et hoc
genus fanor nominatur et generatur ex putre
dine alterius animalis · in aque virtute et hic voca
tur scarpolchyon · Generantur etiam ex putre
dine maiorum piscium pisces parvi sub ter
ra habitantium et generatur ex eo qui bel
likynor vocatur generatur piscis qui vocatur
melunireder Sic etiam ex alio tongi
der et ex eo quod vocatur tarachyon
generatur aliud quod vocatur targilla quod est
species generis piscis quod vocatur achonir
Sic autem invenitur in terra onnyuxe
piscis qui vocatur ancharamalos Ad
huc autem aqua ubi putrefacta in putres
cente alio animali in ipsa habet alium modum
piscium ex menydon enim et ex fasorro
putrefactis in aqua quidam speciales pis
ces generantur de animali autem quod dicitur
afforer quod superius speciem sicut enim
perium dixi magis esse et substantiam eius esse
sicut albumen ovi in cuius medio duo
geme apparent magne sicut oculi dicitur
quod non habeat generationem sed ab ipsa po
tius generatur a qua aliquantulum pung
wiescente et veniet tempore modico et cadere
super arenam dissolvitur in aquam · ita
quod nichil remanet de ipso nisi parva po
que est circa oculos eius · et capud quod
est in medio ipsius · ubi est substantia spis
sioris decruptio experti in mari dicitur

hoc al dum dur ae si saliatur quod non
suffint tamen probatum est. si sic ita est sunt
sic hoc ex salis desiccacione videtur tamen in quo
ponitur ex sale dissolvitur quia sal liquescit
ex aquositate ipsius. Aliud autem eciam genus
est piscis vocatus aicalos vel enchelos
hoc est anguilla quod non generatur ex coitu.
nec femina nec mas sperma habent et propter causa
hoc in hiis aliis non invenitur in matrice una
spermatis. neque in femina invenitur matrix
hoc non generatur secundum omnes speciales modos sicut
in sagvine hinc non generatur ex coitu neque
ex ovis et sunt in quibusdam sicut semina
plantarum sicut supra diximus. hoc autem
probatur ex hoc quod aliqui lacus sunt de quibus
hic lutum liberum ab omni semine piscium a
quibus sic tota aqua aufferatur. ita quod non
remaneat ibi nisi lutum et superveniente
aqua pluvie super lutum generatur statim an
guilla et non invenitur generari in aquis non
lutosis. et signum hoc est quod anguilla crescit
et impinguatur in lacubus et aquis lutosis
quod autem vivit ex aqua pluvie signum quod
delectatur in ea et ideo in pluvia venit
ad aquam superficiem et quando tonat natat in su
perficie aque quod sit attonita ex pluvie
delectacione et tunc optime capitur maxime
festum vero ex hiis est quod anguilla non ge
neratur ex coitu, aut ovis. Opinantur tamen
quidam anguillas generari ex coitu eo quod
in anguillis quibusdam aliquando inveniuntur ver
mes longi parvi filares ex quibus putant
generari anguillas sicut et nos superius
diximus et hii dicunt quod anguilla non
generatur ex animali quod vocant antoro tte
hoc est terre intestinum sive terre lubricum
sed tamen dicit avicenna primum esse sue
generacionis. hoc non intestinum prius sic generatur
ex luto et terra humida putrescente sicut hic
autem anguilla est eciam in mari proprie
in quo est nubes sive fumus aquosus
multus. et invenitur eciam in ripis fluminum
eo quod habundat in eis calor ex repercus
sione solis qui inducit putridum in faciem
lutorum illorum. Ex hiis igitur probabilius
videtur et non ex vermibus filaribus longis
qui ex aliquo vario copulacionis eius vite
sue inveniuntur aliqui. Capitu
lum tercium de tempore coitus

et impregnacionis piscium ovancium
et non ovancium. Tractatus vero
generacionis piscium est diversitas quia non omnes
fetum faciunt in tempore uno. neque in loco uno et
hoc signum est quod singulis mensibus in mari
apparent alios et alios pisces per mare discur
rentes. non enim omnes eodem tempore ovant vel
pullificant. neque tempus impregnacionis eorum est
unum et idem an tempus tamen coitus hii quando
habent quod vagantur mares et fere sicut greges
quidam sicut apparet in aller. et omnibus
aliis piscibus in tempore autem coitus et partus
greges separantur et ambulant par et par mas
culus cum femina nisi in paucis in quibus
plures sequuntur feminam unam. quidam
enim eorum post conceptum impregnantur
per dies xxx. et quidam per minus tempus
infra viginti dies. et similiter omnes pulli
ficant diverso tempore per septimanas et me
ses anni. Genus autem quod dicitur labo per
longum tempus impregnatur qui fondes vo
catur qui magis dicitur a latinis. sicut
apud nos impregnantur barbellus et tempus
impregnacionis harum est xxx dies sicut
et multorum piscium aliorum et tempus impreg
nacionis gylon qui piscis est quarte speciei
generis quod fastoreon vocatur est dierum
lxxx. Et autem est tempus impregnacionis
eius quod macharleon vocatur et alio
ista generatur impregnantur apud ortum stelle que
Oryon vocatur et oritur iuxta post pliades
Omnes autem isti modi piscium et omnes eciam
alii velut pisces infirmantur quando pullificant
ex humoris multitudine multa destruuntur
et hoc signum est quod post pullificacionem
cadunt multi in fundo super terram infir
mantur autem sicut quia desiderant indigent eciam
ex pondere humorum superfluorum. Similiter ut
omnes in tempore pullificacionis an contra natu
ram agitatur in motu. tamen fastoreon fatigatur
hoc plus omnibus aliis piscibus et apud
nos aller et postquam pullificant quiescit
et In multorum autem piscium matricibus
ex putredine humorum generantur vermes
alati qui destruunt ova impregnacionis et ideo
in tempore sue pullificacionis non pullificant
Romani vero pisces vocantur in vere pul
lificant et proprie circa equinoctium vernale
Alii autem ab hiis plurimarum specierum

pulli ficant in estate. quedam etiam pullificant
tempore equinoctii autumpnalis. Wradis autem ha
kalor post omnes estatis pullificant sicut et
apud nos fit aliter quod stamme vocatur et de
garia venit. Sed autem hoc est eo quod eius
pulli semper apparent ultimi inter pullos piscium
aliorum. Fystoron autem ante hiemem pullificant.
Celeth autem in multis locis maris pulli
ficant in principio estatis et alicubi pulli
ficant in vere ubi est locus calidior. Dolo
kyer autem dictus in estate pullificant et
post eum yrachio. Karos lebetor et tymal
los quem nos timassum. latine autem umbra
vocamus. Omnia autem que sunt sub gradibus ko
merir et tarydi et saltachinis ultio post
omnes alios pullificant qui ut greges co
gregantur ante coitum. in autumpnum autem fine
pullificant. Carida autem pullificant su
per lutum et ideo sepe remanet diu semen
eius carens super lutum frigidum. Sitraco
nor autem pullificant mygeuyylos et pul
lificant super arenam et impregnatio eius du
rat longo tempore. Wender autem pullificant
post tropicum estivalem. Alii vero pisces
qui frequenter habitant in profundo maris
pullificant in estate quando usque in profundum
mare per calefitudinem. Signum autem huius est
quoniam illo tempore non capiuntur eo quod ad
profunditatem maris se retraxerunt. Pul
li autem piscis Wicnyr vocati paucos
inveniuntur pulli piscium aliorum. eo quod plu
ma pont de ovis eius. Est autem genus ejus
marinum et aliud. celeon ut celeth. dictorum
autem species plures ranas pullificant in pri
ma generatione. Raue tamen sunt rane in
mari quia parum vivunt eo quod corrump
ton nascuntur. Simplex autem dicitur quod rele
thi parvorum est pullorum et quando generat ab
sethi simile quam non salvatur nisi quando
ad magnitudinem crescit. sepe autem paritur
in prima etate in fatuli. et piscis quidam
qui dicitur belemir ultio pullificant et hec
primum hec causa quod plures partes eius fi
dunt matrem sub ventre et maturem
quando exeunt de matre propter ultimi artitudinem
pulli autem inveniuntur circa matrem suam
belemir sicut fatigium quod etiam maturem
quam mortes se in matre et colliden
et ideo sepissime accidit quod pulli bellom
fugiunt matre exacerbatis super eos propter
ultionem dolorem. paret autem hec quia piscis
quando fuerit benyse ad arenam eo quod im
pregnatur de pullis et non ovat. an hec
autem aliqui stimdit tamen ex pinguedine. tum
quod impregnatam prius pariat autem eo est dum
vel anorrid Bignum autem hic dicunt esse
marina corpus expositi quod quoniam renes studet multum
pullificant in uno anno femine hiuusmodi an
hos teneant in sequenti anno paucissime
femine superinveniuntur. hoc etiam ac
cidit ei quali quod rochyvon quidem vocant
Est autem opposite quibusdam maturitatem quod roch
ion in alto anno habundat et plures
inde quod id quod vocatur gilewilder quod
nos latine melandia vocamus. Rochyon
vero et aliud dictum Theocormon vocunt
in fine mensis kuolohpner hec est
aprilis et faciunt ova dura quasi testes.
Rochyo autem subito crescit et auget et cu
iste piscis pullificant in mari contrario
riem cito ita quod raro crescit et factus est
magnus. et vocatur ab aliquibus cito
fidelcor hic est augmentator precipue
tamen circuis crescit in Constantinopoli
Apparent autem hii ambo pisces in autu
no et in profundo maris abscondere natur
in vere. Sed fiunt kelamorer quod
nos murenam vocamus. Omnes autem etiam
alii pisces per maiori parte cito recipiunt
incrementum propter humiditatem et sic conpositis
corporis suorum et maiorem pisces qui sunt in
mari contrario quod dicitur esse mare
aquilonis. in illo enim maiores pisces inve
niuntur per pisces et qui demus vocatur vo
die crescit ita quod apparet incrementum eius
Hec omnibus autem dictis consuetudinibus sed
tempus impregnationis et coitus piscium non est
unum. neque idem esse tempus impregnationis
et pullificationis. Diversum enim est in omni
bus prout induxit. sed et loca pullificationis
in hiis et ex ipsis sunt diversa contra alii
vero enim quidem pullificant in pluribus
locis tempore messionis segetum et invenim
ut videlicet pisces in illo tempore multe et mani
ne impregnatos sed hoc non apparet in omni
bus locis quia non in omnibus locis pul
lificant sed in pluribus. Erit autem impreg
natio ipsius ex pinguedine eius et
ova sunt quasi in vagina disposita
in matrice sicut et aliis accidit pis
cibus sed cum ponuntur super ignem liquescit

primo exeunt non adheret eis pinguedo et
qui inveniuntur talis semper est indurata et in
ipsa reparat humidum seminale et quando est applicatus
coitui dissilit ovum cum strepitu magno et
hoc proprie faciunt ova allecis apud nos
Sunt autem quidam pisces greco nomine magri
latine autem aselli vocati qui lacu moventur
sunt in tempore pugnandi et non habent
ova aliqua. quidam autem eiusdem generis sunt ova
et non pugnantur eo quod iuvat istud
eorum transit in ova. Hec igitur dicta sunt
de generatione volatilium et natatilium. et
eorum que ambulant et natant simul. et de coi
tu eorum et partu et pullificatione. tan
tum dictum sufficiat ad presens.

Tractatus tertius sexti libri anima lium de generatione gressibilium generantium sibi similia. Capitulum primum de zelo et pugna anima lium in tempore coitus et de coitu et de superfluitatibus femininarum et tempore impregnationis.

Consequens autem per eundem modum di
cendum est de aliis gressibilibus
scilicet simul cum aliis generantibus et de
homine. De omnibus in hiis dicemus que
accidunt generationi et coitui eorum secundum eundem
modum. Iam autem in pluribus de coitu eorum
ubi locuti sumus et tetigimus etiam pluries
de coitu aliquorum. Nunc igitur dicendo
desiderium coitus et delectationem in coitu
dicemus et animalibus hominem animalibus. Et omni
bus eorum feminis malum est valde si ma
res coeant cum eis in tempore partus quando
tunc nimis provocatur matrix et forte ei
cit fetum ante tempus. Accidit etiam masculis
talium animalium quod zelum habent et dimi
cationem ad invicem tempore coitus propter usum femine
et ideo quando eorum coniunctio est aper
et student ad indurationem corii sui ut
ut minus ledantur confricando se ad arbo
res ut indurent corium. et postea intrando
in lutum et postea cum desiccatum fuerit
lutum super duram pellem coriando
congrediuntur et aliquando se tam vulnerant
quod aut alter moritur aut alter. Similiter al
tempore scilicet coitus pugnant capri et tauri et
arietes et maxime silvestres quia illi

plures scilicet sunt circa feminas et omnia hec
animalia ante tempus coitus scilicet pariter ambulant
tempore autem coitus simul dividunt se et pugnant
eo quod quilibet illorum in alio querit salvare suas
libidines et coitus hec delectationem. Camelus etiam
masculus valde malus est tempore coitus et
ledit omne et hominem tunc temporis sibi ap
propinquantem. Similiter autem faciunt et lupi et ca
nes. Fero tamen pugnant lupi et canes propter
pluralitatem luparum et catularum. Habent
enim fere pluralitatem quod non aggregantur in mag
num gregem tempore coitus sed dividuntur ali
quos sequuntur lupa una et aliquos se
quitur lupa aliam et lupi autem valde sunt
mali qui habent filios propter timorem et cus
todiam filiorum. Et simile faciunt femine ca
num. Hec etiam faciunt elephantes silves
tres. tempore enim coitus pugnant. Et ideo
dicitur quod quando Indi mittunt elephantes
feminas et domesticas non permittunt
quod masculus accedat ad eas quia in
coitu quasi silvestris efficitur et tunc di
ruunt domos debiles veteres ruinosas
et alia multa mala dampnosa faciunt.
Domestica autem animalia coitum frequen
tant sepius quam silvestria non adeo sunt
mala tempore coitus. sicut porci et sues
et proprie equi et facere. Equi autem plus
aliis feminis animalium desiderant mares
et ideo etiam aliorum animalium petulantiam
ad equarum nomen refertur et equa. Propter non
canimus feminam luxuria appetentem et di
cimus eas esse ... hoc est lux
uriosas quia habent dispositionem et desiderium
ad coitum. In primo etiam est eo differentia dicendum
quod in tempore coitus intrant in eas species
coitus et multiplicantur in eis. Et ideo in tempore
coitus mares a feminis dividuntur. Et si non di
videntur mares a feminis in tempore illo accidet
morbus maribus ex spiritu resoluto a feminis
et illo tempore femine semper vagantur in cir
cuitu currentes. tale quod autem accidit et
patris ex sua aptitudine ex vicinitate ad
feras. Proprie accidit hoc per eius regiones
fortificatum tali in spiritu clauso in mat
tibus et ventus non adulat ad orientem
vel occidentem. sed aut ad septentrionem aut

ad meridiem et quamquam hoc accidit eis
non dimittent aliquem sibi appropinquare
quousque fugiat in locum remotum a natura
sua maris ad se refrigerandum et propter quod sic
resedit humor spermatis exit ex eis quoddam
simile ei quod exit aliquando cum embrionibus
quod vocatur hyppomanes et est quod in septima animalium
legimus in nigromantia a grecis et a latinis
autem medicis et nigromanticis vocatur harpa
et est frustum sicut bursa formatum et asserita
tur servari in subscalicia et nigromanti
ci congruit ipsum pro omnibus ad compellendum
ad se feminam. tempore autem coitus animal
lia unum applicat se alteri et in desiderio
delectationis continue movent caudas et mu
tant in hoc tempore suas voces. ex desiderio
enim plus vociferant et acutiori voce quam ma
ribus aut feminarum est et humores seleti
spermatis per est subtilior humido spermate
maris. sicut in omnibus sperma femine aquo
sius est spermate maris. et quidam habent
humore decurrente vocant greci same
ros aut aqua spermaticam sed non eodem
nomine vocant sperma feminis quod
in partu coitu est. Bravie tamen est dicen
re hoc eo quod femina tenens humorem
cum urina emittit per humiditatem hic et quod
desiderio coitus etiam attractum fuit ad collum
vulve cum urina egreditur. Vacce
autem femine tempore coitus assilian
tur maribus in hoc quod saltant super illas
vaccas ac si sint mares et disturbent
ac si sint silvestres ita quod quasi indoma
biles sunt a pastoribus nec in pastura
pro continuo. Vacca manifestat autem deside
rium coitus earum per tumorem inguinum et
vulvarum et per frequentes mugitus. quos
tunc emittunt. cum coitum non exigant et sunt
in desiderio coitus mugiunt vacce. saltant
etiam tunc supra tauros provocantes
eos et sequentes ipsos stant tamen eis
Equi autem femine sunt pascentes que
noscunt ex odore et propriis que sunt
in concupiscentia et ideo quidam cum egre
ditur ex ipsis et cum placet convenit sed
equus volens coire venit a cornuta
in equarum cum coitu modico tempore et tunc
equi solitantur et equi conbibunt ad
hunc autem unus equus lasciviens stabat alii

cum equabus pluribus cum quibus coire con
sueverat et si aliqua feminarum suarum adia
ceatur alteri equo prius applicabitur primus
cum illo et effugabit eum. et si vicerit iterum
denuo applicabitur nec cessabit nisi eiciat eum
vel eiciatur ab ipso. quia primus equus dominum
se reputat equarum sibi conveniarum. Silve
autem taurus qui in aliis temporibus coitus saltantes
pascuntur appropinquante tempore coitus pascunt
cum vaccis et tunc applicabit se et tunc applicabit se
cum omnibus tauris appropinquantibus. tau
ri autem qui pascuntur silvestribus et silves
tres sunt solitarii pastu ita quod sepe la
tent per tres menses quando non est tempus
coitus et tunc insiliunt enim omnes mares
illius generis quod in taurum est et feneratur cum
supradictis. sunt enim boves et bubali et
bisontes et ansendi et boves barbati et alia
plura genera huiusmodi hoc proprium quod separantur a fe
minis et pascuntur solitarii nisi tempore coitus
et multa sunt talia de quadrupedibus
silvestribus quod quando mares veniunt
ad etatem perfectam solitarie et pascuntur
separati a feminis nisi quando volunt coire. po
st autem quando multum desiderant coitum tunc
moventur in tantum quod accidit ad homines et
hoc etiam accidit aliis quibusdam feminis
animalium et hec concupiscentie vocatur
a nigromanticis quibusdam kalzaro quod
sonat non dicendum aut immundum spiritus et quando
desiderium hoc multum invalescens acuit
vehementer convenit coitui et exibit ab eis hu
midum quod supra in ypomenes
vocatum et est humiditas alba. aliquando autem
etiam huiusmodi femine animalium accidit men
struum non tamen secundum modum secundum quem
accidit mulieribus. ulli enim omnino femine
animales accidit videntes puerorum aut con
victionis solis et lune nisi mulieribus sol
sed oves et capre aliquando menstruant cum
coitu et accidit modicum huiusmodi menstrual
et deinde cessant usque ad partum et tunc an
te partum magis apparet per quod etiam pas
tores cognoscunt instare tempus partus
earum. ita in partu etiam ipse a multo
menstruo evacuant se. ita quod partus totus
est sanguinosus sed aliis temporibus non
apparet menstruum harum feminarum alium
vacce autem et asine et ex multum evacua
tur ex magnitudine corporis sui. in desi
derio tamen coitus exit aliquando de vacca for

te maxime plena menstruum vel partum plus et
per hoc cognoscitur instare tempus sue coitus
Partus autem equarum meliores et faciles et
innocuos omnibus partibus animalium quadrupedum
similiter tamen in omnibus feminis superfluitates
corporum fiunt magis per partum magis
quam ante partum. licet maxime post partum eque
emundentur. sicut autem in talium animalium fe
minis paucum est menstruum. eo quod transit in
multitudinem corporis et pilos ita etiam in mas
culis propter easdem causas paucum est sperma
respectu quantitatis corporum ipsorum. propterea
tamen in feminis vaccarum et equarum apparet
menstruum in quadrupedibus et tamen sicut
est non qualibet mense sed paucum in quatuor
or aut sex mensibus et parum distillat et
ideo difficulter hoc scitur nisi a pastori
bus communiter assuetis. tempora coitus et an
etiam cognitio utili est habere hoc instrumentum
re feminas similiter autem non instant eo
quod putant urine sue spissitudine. Urina
enim superfluitas humida que urina vocatur
a vesica quadrupedum descendens in ea
est spissior quam sit superfluitas humida
vesice hominis. et ideo putatur plus per
urina quam homo. Urina autem caprarum
spissior est quam urina caprorum. Urina
vero asinarum autem subtilior est quam
urina asinorum. et urina vaccarum valde
est acuta. et omne quadrupes habet urinam
spissiorem post partum quam ante partum
et precipue si instiguet cum urine emissione
Similiter autem et lac primum quod est in pri
mo coitu autem plus est quam post urinam. Coagulatum
autem aliquantulum a partu est bonum. Adhuc
autem capre oves et vacce pinguiores
efficiuntur post impregnationem. Omne autem
quadrupes precipue ut in maiori parte
desiderat coitum in vere. tamen tempus coitus
eorum durat semper in diuersitate locorum
et pascuorum quorum in urica hictacon gal
lie et germanie tempus partus eorum est aut
ver aut in principio veris et tempus coitus
eorum est in autumpno propter tempus eius
quod dictum est quod in locis calidis in grecia
separata est verius coeunt in principio veris
et pariunt in autumpno. Porci autem docu
buerunt per quatuor menses impregnatur et fa

riunt aliqui simul viginti filios ad plus
sed qui tot pariunt non poterunt tot lactare
licet autem aliquando femine melius lactare pa
riunt scilicet multos sed tarde tempus partus ea
rum plus quam in iuuenibus. et tarde appe
tunt coitum. nec omnes filios pariunt ex uno
coitu sed porci mares sepius saliunt feminas
et post coitum aliqui exit ex appetitu quod
tentatura vocatur id quod anal ingenium. ex
casso aut diminuitur vel corrumpitur fetus
vocatur ab aliquibus machulorum. quod
est minimum maturum. tunc autem porca peperit
primo nato filio dat mamma prima et sic de
aliis filiis dat ordinate mammas. aliquando
tamen hoc non attendit. Adhuc autem quando
porca multum appetit coitum. non dimittit
saltare marem supra eam donec declinent
ei auricule. quia tunc incipit affluere sper
ma et tunc sufficit ei semen coitus ad
conceptum et si forte porca non descendat
semen in deliciarum quando descendit mas
culo motu corporis impedit dimissum sperma
tis masculi et retardat concubitum ut sepa
ratio sperma in concubitu coniungatur ordine an
eo quod est inflatum est bonum tunc ubi mas
culo porca saltanti feminam ordeum
aut coctum bonum est ubi scrofis impregnatis
natis Adhuc autem quedam porce bonos
pariunt partus in iuuentute. quedam autem non
tunc sed in certa etate perfecta. Dicunt quia
homines dicunt porcas mori qui alto
oculorum orbantur et hoc sequitur et non sp
contingit vita aut porca ut frequenter [illegible].

Capitulum secundum de [illegible] generatione coitus et impregnationis et partus animalium quadrupedum

Reliqua autem eorum quedam quasi duces et
rectores sibi datos sequuntur quorum
pastores ouium in quibus grege rectorem
unum aut plures ponunt quibus capras
alligant et tunc pastor nominat hos
rectores nominibus propriis appropinquat eis. hec
autem nomina ab infantia consueuerunt au
dire a pastoribus. Oues autem que sunt in
partibus calidissimis sicut ethiopia viuunt
per decem annos aut XI. Oues autem et capre
frequentant coitum per totam uitam ex multa
eorum non additio plenitat quod exterius
humidum seminale in ipsis. aut extus
vratur mouens ad calidum calidum

et aliquando pariunt gemellos si cibum ha
bent convenientem. maxime si aries qui raper
tus (?) salinatus in habundancia spermatis per
gemellos consuevit generare. et si mater
ser (?) habuit hanc consuetudinem ex habun
dancia humiditatis et multi mactus (?) in de
lectacione coitibus. quedam etiam ovium tem
pore generant mares et quedam feminas. quando
aliquando quod si impregnentur secundum contra
impetum venti septentrionalis generabunt
mares et si versus in coitu contra meridia
nalem ventum generabunt feminas propter cau
sam caloris spermatis. Item pastores con
tinuas quos constringunt aquilonis frigidi
tas Dimbus (?) aut illis que duabus diversis
vicibus coeunt consueverunt pastores indus
trii pastorales concubitum et retardare. eo quod
femine non expectant masculos in con
cubitu donec descendat semen masculi
sed statim ut semen descendit retrahit se
et abiit mas et ideo impediunt pastores
feminas ne duabus vicibus in coitu mas
culus et femina emittant hec spermata. tunc enim
valebit conceptus ex industria non pasto
rum multum variatur fetus ovium. ita quod
ille que consueverunt facere mares faciunt
feminas et econverso. et sunt fetus aliquando
nigri et aliquando albi et hec indicatur
in coloribus venarum sub lingua arietis
aut ovis existentium. quoniam si ille vene in
pectoribus sint albe albos faciunt fetus
et si fuerint nigre nigros fetus efficiunt
et si fuerint varie fetus varii effici
entur. et si fuerint rubee faciunt fulvos
et rubeos. oves etiam potates aqua sal
sam amplexant (?) concubitum. Sic igitur se
habet de regimine ovium. Pastores autem
capras ducentes et rectores non ponunt quoniam
sunt valde velocis et levis discursus et
non sequuntur viam (?). Dicunt autem experti pas
tores quod si in aliquo anno oves antique
determinato tempore frequenter moventur ad coi
tum est significacio profectus ovium et anni
fertilitatis. eo quod non mutantur de statu
tempore nisi universali temperate se habentibus
significatoribus eiusdem anni. Si autem in eo
tempore determinato moveantur iuvenes ad coitum
et non senes est significacio pestis super
oves et super alia quia intemperies
significatoria anni calorem complexiona

lem incendit et consumit humidum vel cor
rumpit ipsum. Canes autem sunt valde multorum
modorum propter plus quam aliquid aliud nota spe
cialis. canis non altus et [illegible] latus sta
tus et magni pectoris [illegible] qui lepora
rius vocatur coire aliquando incipit anni
in suo [illegible]. Quando autem canis coeunt
quando crus ad mingendum elevare inci
piunt. et femina canis quando frequenter
rumpit aliquem naturam ex uno sal
tu. Catuli etiam leporarii per lx dies impreg
natur quod tempus est sexta pars anni so
laris. impregnatur autem forte uno aut
duobus aut tribus aliquando plus vel minus
dicto tempore et filii eius non aperiunt
oculos sed quasi ceci sunt xii diebus
et incipiunt saltare femine sede post par
tum sexto mense et forte tercius [illegible] habe
dat cibus eius conveniens. Quedam
autem catularum lxxii diebus impregna
tur quod est quinta pars anni et filii
catularum erunt quasi ceci per dies xiiii
Quedam autem per tres menses impreg
natur quod est quarta pars anni et filii ca
tarum quasi ceci sunt xvii diebus
Catule autem aliquando instruunt per reditum
septem dierum non appetunt coitum et sic
[illegible] est quod in tempore illo non appro
matur ora ex tota [illegible] et per
lesionem voluntatem non appetunt. post par
tum autem catule emittunt humiditatem gros
sam multam fleumaticam et ideo ma
crescunt post partum. lac autem invenitur
in canibus ante partum per quinque dies et
in quibusdam aliquando per vii. sed lac quod
est post partum statim est conveniens. Ca
tule autem leporarii post coitum conceptum
habent lac post xxx dies. quod primo
est valde spissum et postea subtiliatur. lac
autem canis equaliter est spissius omni
lacte preter lac porcorum et leporum. Signa
autem pubertatis canum que etate habet
[illegible] sunt [illegible] sicut signa hominis
quando [illegible] catularum tunc [illegible]
et tunc [illegible] catullans que
in inferiori pectoris carum sed hec diffi
cile est cognoscere nisi ab eo qui est ex
pertus in talibus quia hec significacio non
est valde manifesta visui. [illegible] autem sig

non accidit maribus sed potius hii sunt segnes post coeundi quod elevant crus in mingendo
Hii autem post sex aut octo menses ut in pluribus facere consueverunt et ulterius post quod virgo
cessat coeundi accipiunt post iii. annos autem
femine omnium dilectatum canum hec est ac si
sedendo revertuntur si disponunt ea in mingendo. quidam
tamen catula visa est levare crus in mingendo
do. eo quod multum habuit de calore masculino et siccitate. canis autem aliquando generat
xii filios sed ut frequentius generat v vel sex
Ego tamen vidi catulam proferre sed undecim simul et eadem alia vice protulit xviii
et tertia vice protulit xviiii et erat nigra
magna corpore. et erat de genere canum quos
mastinos dicunt. Jam enim sepe visum est
quod catula aliquando peperit nisi unum solum
et hoc accidit plus valde catellis qui
sunt in finibus [illegible] multi quod in
uteris suis plures tenere non possunt. et
cum plures concipiunt frequenter moriuntur. Lepores autem ut in pluribus ad plus octo
parere consueverunt [illegible] ad hii canes
semper quasi coitu utuntur. Lepores autem sunt
leporum masculi quod magis possunt salire
feminas post laborem quia in quiete nisi
sit labor immoderatus et hoc ideo est quia
corpora eorum sunt magna et humiditas
eorum dissolvitur et calefit per motum et
tunc movetur ad libidinem. est autem vita
maris leporarii ut frequentius decem annorum
et vita catule eius xii annorum propter
hoc quod minus laborat. Minor autem
pars canum aliorum per xiiii vivunt annos
Invenimus tamen aliquos viginti vivere et
amplius. et ideo bene dicunt homines dicere
in hoc quod canis addicto dat vite annos
x. xx. Aut mares leporariorum minus vivunt quia femine eorum propter laborem
est ut diximus. et hoc aliis canibus non
accidit qui non ita currunt ad cursum
post feras silvestres. in aliis vero non
ita assidue currentibus ultra vires mares plus vivunt quia femine canes et
non eiciunt dentes nisi illos qui canini
vocantur et locum optinent culminorum. hos
enim uno modo eiciunt et mas et femina per
quatuor menses. et ideo quidam opinati sunt
dentes non eicere. alii autem opinati sunt quod

eiciunt omnes et nequaquam veritate sunt opinati
quia non eiciunt nisi culminares sicut diximus.
Etas enim eorum per dentes cognoscitur quoniam
iuvenes canes habent dentes albos sicut etiam
in antiquis libris diximus. et sunt acuti valde dentes canum iuvenum. senum autem canino
dentes sunt fusci et obtusi consumpti in omnibus quod rodere consueverunt. Semper autem in
uno solo concubitu taurus implet vaccam
maturam sed saltus eius super ipsam est
gravis ita quod oportet feminam inclinari et hoc
maxime tauris accidit qui in etate
sunt deficiente. femina autem vacca aliquando
per viginti dies continue desiderat coitum
Tauri autem antiqui una die super unam vaccam non saltant nisi tercio coeuntes nisi
magna quiete interposita. Juvenes autem
una die cum eadem vacca coeunt multotiens
et aliquando cum pluribus coeunt una die
aliquando autem et pugnant tauri pro vaccis
et qui vicerit saltat feminam. cum autem
debilitatus fuerit propter multitudinem coitus
redit is qui prius victus fuerat et pugnat
iterato contra victorem et qui tunc iterum
vicerit saltat iterato feminam. tauri autem
et vacce coitum quidem utuntur in maturo semine
post unum vel post octo menses. sed tempus
conveniens coitui eorum et partum maturandum eorum semine est post hiemem. autem eorum
[illegible] tempus autem impregnacionis vacce
est per ix menses. ita quod parit in decimo
propter quod quidam opinati sunt vaccas impregnari per decem menses. et si parit ante hoc
tempus non vivet plus. eo quod sue ungule
non sufficienter indurantur et complentur. In
maiori vero parte vacca parit unum aliquando
duos et raro tres et vita vaccarum ut in
pluribus est quindecim annorum. et ad eandem
etatem etiam tauri non castrati perveniunt
Quando autem castrantur vivunt aliqui
eorum per viginti annos vel plus si corpora
cipalia differentiam sexus maris et femine
et generantia mares et feminas testiculos
nullos habentia sicut sunt pedibus carentia
sicut multa genera piscium et genera serpen
tum. Conveniunt tamen dicte opiniones
dicentes enim causam generationis maris et femine
calorem et frigus sicut dicebant empe
docles et democritus et dicentes causam esse exitum
spermatis a parte dextra vel sinistra
conveniunt in causa remota quamvis non
dicebant exitum spermatis a dextro testi
culo esse causam nisi quia illa pars
est calida et ideo facit marem, et alia
pars propter frigus facit feminam. Ca
lor enim est principium generationis et ideo
etiam isti quamvis remote cause tamen
aliquid apprehenderunt de veritate cause
differentie sexuum nullus tamen per
fectam et absolutam posuerunt causam

Capitulum secundum de vera causa differentie maris et femine secundum doctrinam arestotilis et aliorum peripoteticorum

[D]e veritate aut rei accidentes comprehendere debemus cum ex principiis quoniam rei principia suprius aut ita determinavimus dispositionem membri qui habet tum cause declaracionem quod facit menbrum esse quod est et secundum ea que supra determinata sunt erit masculus distinctus a fortitudine alicuius virtutis et femina causabitur a debilitate eiusdem Secundum hec ergo dicimus quod sperma virtuosum potens bene materiam cui advenit digerere et terminare per formationem que in ipso est generatoris principium erit procul dubio causa maris in concepto dico aut principium non materiam ex qua erit corpus in similitudine generantis set potius principium movens et formans materiam Si vero huius motum potest per se perficere aut adiutorio quorundam aliorum ita quod ipsum sit operans et terminans materiam eius femine que descendit ab ipsa est quasi paciens et non agens. Si autem sic est et ut scimus ex hiis que in quarto methheororum tradita sunt quod bene digestum et terminatum non digeritur nisi per calorem necessario et in maribus est materia melius digesta et terminata oportebit necessario quod mares animalium in quantum sunt mares sint calidiores feminis in quantum sunt femine Amplius aliquando femine quorundam animalium forte in infirmitate erunt valde menstrui ex frigore et debilitate que accidunt eis et non propter calorem et ideo decepti sunt quidam opinantes feminas esse calidiores maribus ex eo quod menstruum accidit feminis et non maribus dicunt enim hoc menstruum non accidere nisi propter habundanciam sanguinis et caloris feminarum supra mares Errant autem sic dicentes eo quod non omnis sanguis secundum unam et eandem dispositionem calidus esse dicitur opinantur tamen hoc quod omne humidum sanguinei coloris existentis sunt calide nature non distinguentes subtili consideracione inter sanguinem clarum mundum et alium sanguinem non clarum neque mundum Sanguis enim clarus generatur ex cibo optime et bene digesto et per huiusmodi modum digestio erit cibus pauca bona in ultima digestione ex multo cibo non completo et non assimilato hoc autem manifestatur in operibus preparancium perpanorum in quibus ex multo cibo ... valde parum elicitur ad fractus formacionem et digestionem In omnibus enim nutrimentis cibus in ultima digestione completus comparatur ad primum cibum erit valde modicum et purum id quod ultime passum est digestionem quod sicut purum eligquatum est ex multo cibo Similiter autem accidit corpori membra enim corporibus abiungtem recipiunt secundum proporcionem decoctionis et cibus in membro primo minus In sequenti aut plus et in tercio adhuc plus in ultimo aut optime est decoctus et sic in ultimo decoctionis erit cibus valde paucus et mundus et hic est sanguis in habentibus sanguinem In hiis aute que carent sanguine et humor conveniens sanguini et vicem eius habens et non potest ille ultimus cibus esse semper equaliter digestus neque equaliter fortis set pro secundum eventum digestionis erit aliquis fortis virtutis et aliquis debilis et omnis in eadem dispositione est superfluitas munda que exit ab isto humore in substanciam spermatis Est autem virtus operans et agens aliquem actum vel debens agere accipit instrumentum quo paucioribus et compendiosioribus potest illa qua secundum naturam potest expellere operacionem Sperma quidem fortiores contra tunc in mare formans materiam Erit necessario inter concurrens contum masculinus et sperma debilius quod in feminis ...

format mam dat materiam femine ad ma
terie susceptionem que formabilis est
in conceptu. per hunc enim modum unum
sperma traducatur in aliud sicut mascu
lini suum semen proicitur in femininum et ad h
membra sunt in utroque secundum hunc convenien
tia. Hac igitur ratione mas habet men
struum seu convenientis et femina habet aliquid
proportionaliter per oppositum modum illi resp
dens. hoc autem quod in femina est ma
teria quod et in mare est aliud quod aptitu
dine habet sperma pauci in matricem
nisi sit in valde paucis in quibus femi
membrum habet quod ponitur in corpore ma
ris eo quod semen valde est aeris id est sp
ma suum currere non potest et ideo op
tet quod quasi hauriatur a femina sicut
ex cisterna quadam. et ideo oportet quod
semina a femina sit ex cisterna quadam
sumus autem ex illis prehabitis. Hec
sciencia quod natura omni membro officiali spe
ciei forma virtutis dat qua perficiat offici
um ad quod est secundum naturam. Natura
enim in omnibus facit melius. melius autem
quod potest esse est ut officialia me
mbra sint tali dispositione qualis dicta est
ad omnia igitur loca et figure membrorum est
distributa secundum virtutes convenientes sibi ad
officia sua peragenda. Similiter autem
virtutibus perfecte sunt superfluitates que oriun
tur ab eis. Dico autem superfluitates que
habundant ex eo in quod virtutes suas
membra impresserunt non eas que abierunt ut
corrupte quod autem membra sunt completa vir
tutibus et sunt necessaria ad operacionem perfe
ctionem omnium membrorum non enim comple
tur visio sine oculis nec oculus est aliquid
in racione oculi sine visu et idem est de aliis
membris. Sciamus autem per antecedencia quod com
plementum creacionis et perfectionem virtutis et
vesice et omnium membrorum ... no

est nisi per convenienciam et unam superfluitate
ab eis et ad hoc habent virtutes. Amplius
diximus in aliis libris physicis plurimis quod
quod cessio est generacio et nutrimentum et aug
mentum oportet igitur quod omne membrum talem esse
habeat cibum a quo nutritur qualis est ille
vel fuit a quo generatum vel generatus est et hu
iusmodi in membro est superfluitas membri
similis ei a qua generatum est et ex quo est semen
illud. potest etiam hec superfluitas in gene
racione tale alterum perficere membrum. Nec ob
stat hoc quod opinati sunt quidam quod nutri
mentum est ex contrario et non ex simili. hoc
est secundum alium modum verum. contrarium
enim accipitur duobus modis quos alibi deter
minavimus contrarium scilicet in principio decoc
tionis vel in fine. sed non omne quod corrum
pitur transmutatur ad contrarium et omnis al
teracio corrupcio quedam est. oportebit al
teracionem esse motum de contrario ad con
trarium decoctio autem est alteracio cibi
et ideo est de contrario ad contrarium et sic ci
bus in principio est dissimilis et contrarius
in fine autem similis et conveniens. hiis habi
tis racionibus quo alibi determinata sunt suppo
sitis dignum est ut maiori et certiori de
claracione declaretur causa propter quam quedam
corum que in matrice generantur efficiuntur mas
et quedam femina. causa autem precipua est
quod cum id quod est principium motus cuius
motus est digerere et terminare et formare ma
teriam concepti est debile et vincere materi
am perfecte non potest eo quod debilitatur in di
gerendo propter imbecillem calorem quem ha
bet et non poterit formam propriam
que in ipso est omnino formare embrionem
vertitur materia concepti transmutatur ad aliquid
contrarium prius formam in eadem specie in
ex istorum. hoc autem non est nisi complexio
femine quia femina sicut supra ostendimus
contrarie complexionis est mari sed non quod
est in matrice propter femine virtutem. cum
vero autem mas aut femina generatur hoc dico

sexus diversas habent virtutes opz nccio
q̄ & instrumenta virtutibus convenientia corre-
spondentia sint diversa Amplius cum aliquod
de principalibus membris alteratur in complexio-
ne oportet totum corpus in virtute alterari
eo quod aliquo modo totum corpus sustenta-
tur a membro principali Oportet igitur quod ad
alteritatem membrorum genitalium totum alte-
retur corpus animalis & sicut contrarie com-
plexionis corpora maris et femine. Huius
autem signum est quod hic compositum fecit quod cum
aliquod animal mutatum castratum mutat
complexionem ipsius in toto corpore, ita quod inter
castratos & feminas secundum complexionem
modica est differentia Causa autem est quod
diximus quod inter quedam membra sunt prin-
cipalia in corpore & quedam sunt salaria
mutatis autem principalibus multa de consequen-
tibus mutari est necesse Maris autem in ori-
gine animalium est nature & virtutis primum
sicut dixit pitagoras mas autem vocatur
qui potest perfecta poni nature femine autem
attribuitur debilitas & adiutorium operationis
nature per maris administrationem fortitudo
autem debilitas non causantur nisi per diges-
tionem caloris naturalis & eius virtute haben-
tis & terminantis & complentis cibum ultimum
& sic quod calore hoc in superfluo cibi ul-
timi causa diversa sexus in hiis qui generantur

Capitulum tercium in quo probatur cor esse principium inter membra diverse sexus et qui sunt in pluribus generantes feminas et in pluribus generantes masculos

Hic igitur determinata causa diffe-
rentie sexus secundum virtutem que est
in spermate que est primum principium movens
in generatione querendum est ulterius quod sit
principium eius in membris Ostendimus enim
supius quod unum membrum est a quo aliqua
principiantur Secundum autem ea que superius supe-
rius determinata sunt quod causa diversitatis se-
xus est prima virtus que est in membro in quo

inest membra primum principium est calor natura-
lis hec enim est causa que terminat & for-
mat cordis est cum determinationem & formam
aliorum membrorum tam in mare quam in femina
In qualibus autem in corde caretur primo
formatur membrum quod est cordi conveniens et
obtinet vicem ipsius Oportet enim primo
esse causam maris et femine antequam hic fi-
at sexus differentia. differentia enim maris et
femine non est nisi propter differentiam or-
ganorum membrorum que continent dictas virtutes. Sicut enim
prius diximus hec membra propria habent
operationem sicut et omnia alia sicut ocu-
lus habet visum, et sicut auris audi-
tum & sic ista membra totius cum sint
de sexus post cor formantur principium
sue facture accipiunt a corde & virtutem
sexus quam a corde accipiunt ostendunt
in totum corpus sicut diximus in precedenti-
bus ad ea autem de quibus a primo locuti
sumus dicentes diximus sperma esse su-
perfluitate cibi ultimi. Ultimum cibum nomi-
nantes illud qui iam per digestionem quartam
pertransivit virtutes omnium membrorum & hic
transitus ad membra causat similitudinem
nati ad parentem generantem in forma & spe-
cie membrorum sicut hic etiam dicto apparet ma-
nifesta destructio sermonis eorum dicentium quod sper-
ma transit ad quodlibet membrum & sermonem
platonis & aliorum quorundam dicentium quod
sperma exit a quolibet membro habens sub-
stantialem virtutem ipsius. diversitas autem
que est inter semen maris & semen femine est
quia in semine maris est prima virtus mo-
vens in generatione animalium & potest dige-
re ultimum cibum qui est materia concepti
& facit ipsum transire ad matricem femi-
ne In femina autem est materia que qua-
ntum tamen membro propter quod cum semen ma-
ris fuit vincens perfecte & obediens om-
nis materia que est ex matre tunc concep-
tus erit similis patri eo quod tunc conceptus
ducitur ad formam que a virtute patris est in
ipso. Cum autem fuerit victum quod inobedie-

cia materie aut ex forma debilitate virtutis in generacione ad formam contrariam licet est ad similitudinem maris quia femina naturaliter est contrarie complexionis mari. mas enim naturaliter magis est calidus eo quod calor in fortior masculi remanet. Semen aut in femina Cella aut frumentosa quam nascit calidi est non nutritur nisi propter remissionem caloris. Adhuc aut sicut prius diximus natura dat unicuique superfluitati instrumentum conveniens quod recipiat eam. sperma autem est superfluitas et ideo habet receptaculum proprium matricem in qua perficit generacionem licet aut superfluitas est. Sperma maior est quam accidit in maribus accidit maior calorem humidus licet aut sunt sanguinea. Bonum corporis genera membra aut recipiencia ea in corporibus maris non est nisi vie et vene usque superfluitatis et sic quidem quantum ad nisa femina est sperma in masculi. In femina aut propter digestionem maliciam et imperfeccionem est superfluitas multa sanguinea non digesta. propter quod eciam necesse est quod in femina sit membrum habens multa superfluitate recipiens et hoc membrum debet esse dissimile membro viri propter multitudinem superfluitatis. oportet quod habeat magnitudinem propter quod et matrix in tali figura formata est, diversitas autem inter marem et feminam non est nisi propter diversitatem nature horum membrorum quam contrarii deffiniunt et generacionem. Sic igitur declarata est causa propter quam in matrice distinguitur mas et femina. Testantur aut actiua generacionem et generantibus vere esse quod diximus videmus enim iuvenes in quibus adhuc prime etatis habundat humor propter celerem qui in ipsis est calore plurimum generare filias plus quam eos qui plus in etate processerunt usque ad exsiccacionem mediam, prime humoris et usque ad eam propter calorem et de hoc diximus in libro

de iuventute et senectute. Amplius senes eciam in quibus remissus calore habundat humor excrescens et non augens plurimum pariunt filias. Similiter eciam ex iuvenibus nimis vel multis generant feminas calor enim qui est in iuvenibus non dum est completus. calor aut in senioribus est diminutus. Amplius corpora humida flegmatica habentes, quorum complexio est mulie bris frequencius feminas generant quam hii quorum semen est globosum et glutinosum ac si sit congelatum. tale enim corpore dispositum est propter caloris naturalis diminucionem. Amplius autem cum flat ventus septentrionalis concipiuntur frequencius mares eo quod ventus ille frigiditate sua claudit poros ut sit calor naturalis adunatus quo fit ut melius sperma digeratur. cum aut austri seu meridionales sunt flatus frequencius concipiuntur femine eo quod corpora humescunt et dissolvitur calor qui est in eis ad flatum calidum meridionalem qui calore suo poros aperit et dissolvit corpora propter quod eciam sperma in australibus flatibus est minus in corporibus animalium quam in flatibus borealibus et quando multiplicatur sperma non bene digeritur. Ex illis eciam causa provenit quod menstruum in corporibus mulierum magis fluit in luna diminucione eo quod dies illi frigidiores et humidiores sunt aliis diebus mensis propter lune diminucionem ultimam quia ad diminucionem luminis sequitur diminucio caloris. Sol enim facit estatem et hyemem in anni spacio. luna autem variat tempora iiij in omni mense nam a prima incensione usque ad quartum aspectum est calida et humida. a quartu usque ad preventionem quando luna plena est est calida et sicca et a preventione usque ad secundum quartum aspectum est frigida et sicca et a secundo quarto usque ad incensionem est frigida et humida. Amplius pastores fatentur quod non solum propter boreales flatus mares generantur et femine propter

austros [illegible] et propter aspectum. Si non conceptus aspiciant aut ad boream dicit quod
frequenter generantur masculi et si in coitu respiciat ad meridiem quod ut frequenter femine
concipiuntur ex quo manifestum est quod propter alterationem in primis principiis corporum transmutatibus
erit frequenter causa caloris aut frigoris in spermate et calor et frigus postea
sunt causa diversitatis generationis diversitatis autem inter marium et femine generationem
est propter istas causas. Omnes autem indigent temperato complexione tam mares
quam femine. Omnia enim membra officialia non fiunt nisi calido humido quod temperamenti
et armonia determinata et hanc armoniam intendens et excedens calor desiccabit
humidum naturale et ideo oportet quod calor ad temperantiam reducatur sicut enim ignis
fortior et magis comburit et desiccat ita econverso propter quod remissus ignis digerere non
potest et cum multum diminuit non valet terminare et complere humorem et propter hoc
etiam indiget ut adiungetur ad temperantiam. Si autem ad temperantiam proportionatus non sit
tunc accidit ei sicut accidit igni sub dixmus quod ignis multum desiccat et comburit
et paucum digerere et complere non potest humidum propter quod tam mas quam femina
generantes indigent temperantia ita quod sperma vero proportionatum sit humori femine
sicut agens patienti et complens et digerens et formans complendo et digerendo et formando
et econverso humor mulieris secundum eundem modum sit proportionatus spermati viri. Et ex hoc
est quod multis mulieribus et viris coeuntibus adinvicem non accidit impregnari eo quod non
proportionantur secundum armoniam firmatam eorum et cum separantur et convenerit vir cum alia
muliere et mulier cum viro alio erunt fecundi ambo et generabunt. Ex hoc etiam aliud
accidit quod iuvenes non generant et tunc [illegible]

te processerit generabunt quando calor excedens temperamentum aliquantulum remittitur. Hoc etiam
aliquando operatur distantia regionum propter diversitatem complexionum climatis sicut diximus in libro
de natura locorum [illegible]. Multiplex enim est causa huiusmodi diversitatis ita quod
multis causis aliquando fiunt [illegible] in viro et in muliere [illegible] et inconvenientis et aliquando facit hoc cibus et
aliquando accidit superveniens dispositio corporis et aliquando aer mutat complexionem ex
[illegible] cum cibo et dispositionibus [illegible] magis propter causatur id quod dictum est
et precipue faciunt hoc cibi aliqui humidi qui fiunt spermatis et humoris naturalis
multiplicativi humor enim aque [illegible] maxime habet convenientiam cum accidentibus que
diximus. Propter hoc etiam nocent multum coniunctioni aque frigide glaciales dure que non sunt [illegible]
les ita quod aliquando inducunt sterilitatem et aliquando inducunt generationem feminarum.
Hec igitur que diximus vere sunt cause diversitatis sexuum.

Capitulum quartum de causa similitudinis generati ad parentes vel avos precedentes et de causa dissimilitudinis eiusdem ad progenitores

Ex hiis etiam causis accipitur causa similitudinis nati cum patre vel
matre vel aliquo maiorum et causa dissimilitudinis. Quedam enim natorum patribus
secundum totum corpus assimilantur et quedam ita patribus quod non avis sunt similes et in quibusdam
contrarium accidit horum quod similes avis generantur et non parentibus. Aliquando
etiam casualis est similitudo ad alium quemque. Est etiam aliud contingens quod masculi in aliquibus
sunt similes matribus et femine similes patribus propter quam in cognomine aliqui e[illegible]
illi parti assimilantur secundum tamen retinet figuram speciei ita quod sub [illegible] aliqui etiam
non retinent formam [illegible] sed [illegible]
[illegible]

et mirabilem. filius enim qui in nullo similis est parentibus neque secundum speciei naturam neque secundum individui figuram est monstrum et mirabile nature vocatum. Hic filius secundum naturam quam habet propinqua sunt in virtute parentum secundum genus, enim sunt et non est parentibus conveniens nisi aut generatio maris aut femine secundum sue nature et speciei convenientiam. talis enim generatione materia indiget unde si debe at salvari illud genus animalis in quo sunt mas et femina distincta et separata per locum et subiectum. Causa enim omnium istorum complexio et armonia proportionis complexionis spermatis ad materiam conceptus et conceptus. Aliquo enim tempore virtus materie que est in spermate est perfecte vincens et dominans aut propter virtutem spermatis in se consideratam aut quia per etatem reducta ad temperamentum aut propter aliam causam et cum tale accidit conceptio materie tunc accidit talis generatio propter complementum huiusmodi proportionis. Hec autem causa propter quam accidit generatio sit necesse erit nisi ex eis que aut essencialiter vel accidentaliter generantibus conveniunt aut utroque modo sicut diximus. Ex hac etiam causa debet inveniri prima causa similitudinis vel dissimilitudinis. Cum enim bene certa est superfluitas que est sperma tunc bene et convenienter potest facere in superfluitate que est mestruum et complebitur forma embrionis ad similitudinem et formam maris si materia per inobedienciam non impediat et hec fit ex motu maris. non autem facimus aliquam divisionem in sermone dicente quoniam hec complexionem non operatur nisi primus motor in generatione et sermone dicente quod sperma facit hec et sermone dicente quod motus celi qui in virtute est in spermate qui est motus facture et nutrimenti facit hanc operationem. Intencio enim una et eadem est in omnibus dictis quoniam virtus enim formativa est primus motor in spermate et sperma est subiectum illius et in ipso est virtus membrorum. Manifestum est ergo quod quando vincit ille motus natus erit mas et filius primi generantis et in aliqua generatione non erit formatus, quod si similis matri. Cum autem nullo modo vincere potuerit erit dissimilis secundum diversum modum dissimilitudinis. Aliquando enim non tantum non erit mas sicut est pater sed forte erit in dissimilitudine quam greci vocant teratolios id est subcontraria huius similitudinem quod vix habet formam hominis secundum nature formam generantium sed habet similitudinem ad generationem et secundum hunc modum quidam sunt similes parentibus propinquis et quidam remotis et hec generatio similitudinis fit quando generatio fit modo essenciali et non accidentali. Tunc enim sperma fit similitudo ad patrem aut ad avos quoniam sicut diximus si vincat sperma omnino erit similis patri quasi alter pater eius ac si sit pater in filio se alterum genuisset. Si autem materia trahat ad se spermatis operationem erit similitudo ad matrem et hoc potest esse triplex aut in membro principali et secundariis simul aut in principali quidem ad se trahit materia sed in secundariis non invenitur sperma et tunc in complexione cordis et sexu filius erit partus matri et in aliis membris similis erit patri. Si autem econverso fiat quod sperma dominat matrici in cordis creatione et non in membris aliis sed postquam trahitur a materia tunc erit partus in corde et sexu similis patri et in membris aliis similis erit matri. Contingit autem aliquando et quasi semper quod in spermate sunt multe virtutes latentes in potentia virtus enim avorum est in membris progenitorum usque ad quartam generationem et aliquid amplius eo quod virtus transfundens semen est in virtute transfusa donec per digestionem extergatur ab ea et sic virtus avorum est in potentia in corporibus generancium et quando autem per similitudinem eorum aut temporis adiuvatur agit secundum actum

et tunc sperma format in forma aliquorum avo-
rum propinquiorum vel remotiorum et de hiis infe-
rius(?) reddemus rationem. Sed ex omnibus dictis
patet quod fortitudo tertia generationis est sper-
ma et hoc quod facit id quod est in quoli-
bet generato. Ille enim quem vocant [illegible]
[illegible] eo quod subcontrariam habet [illegible]
similitudinem est etiam homo et [illegible]
ad naturam generantis similitudinem et simili[tudinem]
speciei nec venit ad hoc quod non habeat nisi simi-
litudinem in genere sicut si homo sit gene-
ratus erit sub communi homo et non in animal tantum
licet enim in talibus generetur et natura generis
et speciei tamen natura speciei est magis firma
tenens et ideo generatio in similitudine speciei ter-
minatur et tunc non permanet in similitudi-
ne generis sed procedit ad similitudinem spe-
ciei eius qui generat. Verum enim est quod sub-
stantia generantis substantia est et natura et ideo
id quod est hec res determinatum habens
esse et quantitatem et qualitatem et sub his
generabit sibi simile in omnibus istis. Si sper-
ma vincat omnino diximus quod in prehabitis
quod principium motus omnium talium non sunt in
spermatibus creaturis(?) nisi in virtute et po-
tentia et hoc est in eis etiam virtus ex avis
et avus abavus et subavus sed non equaliter
harum virtutum est eque principalia. Si autem
non operabitur ex effectualibus virtutibus
parentum aut avorum sed ex activitatibus tunc
erit inducta forma non determinate similitud-
inis ad quos unum ex individuis hominis
sicut si diceremus quod erit similitudo spe-
ciei etsi contingat accidens ad similitu-
dinem eius disponere et hoc est quod su-
pra vocavimus korteolos(?) hoc est ha-
bens similitudinem subcontrariam. Sicut
enim iam sepe in prehabitis diximus omne quod
movetur alteratur sed phisice movetur et
cum alteratur non movetur ad qualibet
formam sed potius in eadem natura generum ad
dispositionem contrariam et talis motus natio(?)
accidit spermati quando movetur non conser-
vati(?) virtute sed per ea que accidunt ei tunc
si non vincat [illegible]

[illegible] si per solam virtutem maris
debilitatur [illegible] feminam [illegible]
et si fuerit actus movens subcontraria si-
militudine efficit [illegible] singulare [illegible]
sicut [illegible]
[illegible] Sic autem
[illegible]
[illegible] virtus maris est contra-
[illegible] totaliter [illegible]
[illegible] similitudinem [illegible]
[illegible] spermatibus
non sunt nisi in principiis motivis et vir-
tutibus sicut vermes speciei et generis
sunt virtutes humani et [illegible] virtus enim
filios et patrum et avorum tales faciunt [illegible]
tamen. Amplius quando move[tur] [illegible]
trice alterabitur et movebitur [illegible]
ad contrarium et virtutes create in [illegible]
nati movebuntur ad virtutes spermati [illegible]
circumstantes(?) Verbi gratia si fuerit vis generativa fem-
inina a virtute maris et trahit ad se ma-
teriam movebitur ad formam matris lactan-
tis et nutrientis conceptum ex utero(?)
quod accipit partus et forma ipsa mu-
tabitur ad formam remotam sicut diximus
de contrarietate et distantia maris et femi-
ne et sic quia pater et virtus maris est
prima et similis virtus accidit necessario ut
hec virtus in generatione aliquando vincat
et aliquando vincatur et sic non est diffici-
le causam assignare quare ambe forme
accidant in conceptu patris videlicet et
matris. Potest etiam vincere due par-
tes maris vel et membrorum huius gene-
rantis in(?) est huius generantis [illegible]
est Socrates et hic vir generavit et tunc erit
natus masculus et similis patri et [illegible]
[illegible] accidit ideo frequenter nati mascu[li]
similes patribus et nate femine sunt [similes]
matribus quoniam per modum [quo] dic-
tum est mutatio fit in actione virtutis
[illegible] femina est contraria maris patri
et sicut sepe diximus [illegible]
[illegible]
[illegible]

generantis sicut secundum virtutem medio vel [illegible] in matrice secundum motum qui est ex virtute aliqua patris [illegible] in corpore erit similitudo alicui avorum a quibus [illegible] generatoris descendit patri qui est avus vel pro avus vel [illegible] generacionem sicut diximus superius. Si autem ex victoria materie destruatur iste motus [illegible] non fiat nec ex virtute quidem [illegible] secundum virtutem essencialem matris et non [illegible] est [illegible] hec femina que est sic [illegible] [illegible] erit tunc motus secundum virtutem alicuius avarum a quibus descendit mater [illegible] erit similitudo ad aviam primam vel secundam vel abaviam eo quod [illegible] ultima qua [illegible] generacionem et hic est modus [illegible] quem similitudo accidit in matre men[illegible] et forte erit quedam similia membris avorum vel avarum que sunt antiquum matrem eo quod quedam membra sunt in actu quedam autem in potencia sicut diximus ulterius et de [illegible] istos modos assimulacionis accipe secundum naturam individui et speciei et generis eo quod [illegible] horum virtutes sunt in spermate prima [illegible] quod diximus est quod quidam motus spermatis secundum principium movens in ipso quod est in potencia et quidam est in actu et si contingat destrui et impediri hoc principium movebitur sperma secundum virtutem propinquiorem essencialem vel accidentalem et si illa impeditur movebitur post hoc usque ad propinquiorem et si destructio fuit maior ita quod plures in ordine propinquos impediantur tunc movebitur ad remociorem et tandem in ultimo destruetur motus omnium virtutum essencia[illegible] ex parentibus in spermate existencium et tunc erit similitudo nati ad aliqua in [illegible] geneologie sive [illegible] et tunc fiet homo [illegible] speciei. Natura et similitudo et causa illius est quia natura speciei [illegible] omnia individua et est in omnibus individuis [illegible] homo esse quodam [illegible] ad generationem [illegible]

[illegible] que est fronesis hominis sunt cau[illegible] aut debilitacionis et destruccionis motuum harum virtutum que in spermate operantur est quia id quod physice in materia operatur patitur etiam a contrario quod eciam est [illegible] in materia eadem quod calefaciens materiam [illegible] habetur et quod sic fiat in materia [illegible] a contrario quod in materia est [illegible] [illegible] tamen est quod non omne movens generaliter movetur ita quod reinovetur a virtute movente et vincente [illegible] enim aliquando [illegible] operans magis patitur qua forte non [illegible] operans semper aliquid virtutem suam operatur quod aut vincitur aut forte operatur operacione minori qua facit si contraria virtus non operaretur in contrarium omnia autem ista iam determinata sunt ex hiis que dicta sunt in primo libro perigeneos ubi distinximus operaciones physicas dispositionum et formarum et contactum et declaravimus in quibus rebus vere et physice est operacio et contactus et in quibus non. Similiter autem ex parte materie paciens sunt multe diversitates quia licet paciens semper a spermate moveatur non tamen semper vincatur sed trahit ad se suum operatorem et hoc potest esse ex multis causis aut enim erit propter debilitatem virtutis generantis aut propter frigus et indigestibilitatem materie que decoquitur et digeritur et sic accidit defectus aut ex parte operantis virtutis que debilis est aut ex parte pacientis eo quod non est conveniens tantum vel hoc modo pati ab agente et hee sunt cause propter id quod formatur et firmatur in matrice efficitur multiplex forme et multiplex figure et speciei secundum aspectum exteriorem. Relatum autem quod diximus accidere ex diversitate materie [illegible] [illegible] in eo quod accidit in [illegible] eo quod qui a primo occupantur negociacionibus [illegible] difficilibus et operacionibus laboriosis [illegible] gravibus motibus corporis [illegible] [illegible] et ex motibus occupati

ex eis calor digestivus et consumptivus humidi et ideo incrementum eorum non potest fieri modo convenienti quia nec corpora eorum ad debitam augentur quantitatem nec etiam proportionaliter augentur membra respectu eorum quia ad membra quibus maiores motus exercent plus per calorem tractum de interiori et tunc oportet quod aliis plus trahitur propter quod a primevo fullones existentes magnificantur in cruribus et a primevo existentes fabri magnificantur in brachiis et manibus et per hunc modum etiam materia concepti non equaliter recipiens operacionem spermatis ad aliam accidentalem quandam similitudinem declinat formam que induatur tunc nec forma generantis remanet secundum suam naturalem dispositionem neque etiam forme membrorum secundum diversitatem accipiunt secundum disposiciones que sunt in paciente et disposito non secundum facultatem agentium sed potius secundum facultatem pacientium et forte tanta causa diversitatis hec que dicta est quod id quod generatur ab aliquo non accipiet similitudinem alicuius avorum de generacione illa. Propter egritudo quam satirosim greci nominant et est in inordinato motu et appetitu superfluo coitus aliquando in generat et est causa dissimilitudinis contingit enim hoc ex superfluo descensu spermatis ad vasa seminaria maris et hoc indigestum et incompletum necesse est esse et multo quando hoc accidit eo quod tale sperma attrahitur cum violencia caloris et ventositatis ex cibo indigesto. Sic igitur determinate sunt cause differencie sexus maris et femine et propter quid filii patribus femine autem matribus frequencius assimilantur propter quas aliquando aliquis avis vel abavis aliquando assimilantur et propter quas eciam causas quod nullam sue generationis generantis accipiunt similitudinem declaratum est a nobis ad omnia tamen hec in sequentibus istius libri

// et [illegible] est [illegible]

cum compendio convertemur breviter recolligentes causas omnium inductas

Capitulum V de improbatione errorum eorum qui alias causas similitudinis et dissimilitudinis eorum que generantur assignaverunt

Physiologorum autem quidam nobilis eorum que diximus causas assignaverunt alias enim causas similitudinis natorum cum parentibus inducere et universaliter aut videntur causam similitudinis duabus attribuere rebus quarum neutrorum attribuunt hec multitudini spermatis dicentes quod similitudo nati erit ad parentem a quo plus sui spermatis exivit in coitu in quo natus conceptus est et erit ista causa similitudinis secundum istos sive sit similitudo secundum totum corpus sive sit secundum membrum quoddam eo quod illi sunt qui dicunt sperma exire a membris et membrum a quo plus exit de spermate maris in generato accipiet similitudinem dicunt etiam hii quod quando equaliter secundum quantitatem exit sperma et a mare et a femina vincat utrumque alterum et tunc non erit similitudo generati ad aliquem parentum. Hic autem sermo omnino falsus est quoniam etsi ponamus sperma exire a toto corpore adhuc non esset hoc quod dixerunt causa similitudinis vel dissimilitudinis. Secundum enim dictum eorum ab eis secundum modum non potest umquam femina similis esse patri et mas similis matri quod tamen frequenter videmus accidere. Isti enim dicunt quod generatum non sit femina nisi plus sui spermatis exivit a femina et generatum non sit mas nisi per hoc quod plus spermatis exivit a femina et generatum non sit mas nisi per hoc quod plus sui spermatis exivit a mare. Iste ergo sermo non potest distingui per causam quam dicit. Primus quod manifesta sunt in generatione similitudo et dis

similem. Illi aut qui dicunt sunt duerē
enim et diuersam generationem maris et fe
mine ad calorem attribuunt sicut ex superiori
bus est manifestum et primo illorum est impos
sibilius est et hoc probatum per modum aliunm
quem superius induximus in dicta esse
rum sunt impossibilia. Et hoc modo loquuntur isto
qui dixerunt causam similitudinis in alte
ro putantes esse quando maior spermatis ab illo
cuius natus efficitur similis et hoc quod
primo diximus ei obviat quia videmus fre
quenter ex femina efficitur de aliquibus nec
similis patri et masculus efficitur similis
matri. Amplius secundum istos non potest
dici causa quare natus aliquando similis
est avis et proavis et non est similis paren
tibus nisi remotis ex illis vel nichil omnino
venit de spermate. Alii aut sunt qui alia
dicunt et alias causas generationis maris et fe
mine attribuunt et primo ipsorum est tollera
bilior dicunt enim sperma quidem esse unum
sed hoc unum sperma est sicut aggregatio
multorum spermatum in uno loco qui est vas
recipiens sperma in generante et cum totum
simul aggregatum est dicunt quod in generatione
virtus formativa accipit materiam generationis
ex toto simul congregato et ideo potest esse
quod non accipiat ex illa complexione con
venienter equalem omnino. Admixte enim
sunt humiditates spermatum naturaliter
quidem et equaliter sed virtus formativa
quam dicunt esse manum que sibi parat lo
ca organica accipit ex illa commixtione
aliquid magis et aliquid minus et hoc dicunt
esse possibile eo quod totum generatum expletum
est ex multis humiditatibus et hii dicunt quod humi
ditates avorum et proavorum et avarum et pro
avarum ex utrisque partibus manent et descen
dunt ad vasa seminaria generantium et con
fluunt simul in matrice et cum anima mol
ta accipit humiditatem aliquorum ex quorum
humiditas fusa est per coitum et pauca vel

nullam accepit humiditatem aliorum erit
similitudo in eo qui generatur ad ea cuius mul
tam vel admixtam in sua formatione humiditatem
accepit et sic per quantitatem accepte humi
ditatis determinant omnes causas similitudinis
et dissimilitudinis. Hic aut sermo non
est per se manifestus neque est probatus ab ipsis
vel assimulantur sermonem inveniendi omnes
enim istam opinionem sustinentes pro se solum
dicunt quod sicut ex predictis liber huius
scientie manifestum est cause huiusmodi simili
tudinis et dissimilitudinis non sunt in sper
mate actu sed potentia solum. Amplius ex eo
quod secundum istos totum congregatum sper
matum non possunt causam omnis modi
similitudinis et dissimilitudinis non enim
ex dictis eorum manifestum est propter quid quando
vere aliquid generatum sit femina et aliquando
mas neque potest causa quare femina na
ta aliquando similis est patri et aliquid mas
natus similis est matri. Nec causa propter quod
est aliquando similis avis in multum prospi
cua est et adhuc propter quid aliquando
est similis proavis remotis. Adhuc autem
non est planum ex dictis eorum causa propter
quam natus aliquid non est nisi homo
secundum speciem habens similitudinem
ad ullum parentem habens similitudinem
omnino aliquando aut nec etiam similitu
dinem retinet speciei sed erit monstrum monstre
et huius causa non est manifesta ex dictis
istorum. Constat igitur omnino falsas esse
positiones omnium istorum phisiologorum

Capitulum sextum de monstruo sis parentibus in quibus non remanet similitudo nisi in genere proximo tantum

Visis itaque determinatis consequens est
dicere de causa partium monstruo
sorum in spermate et virtute assimilativa
cuius quod generatur assimilatur aliquid ad indivi

duum et ad speciem et ad genus; aliquando
aut ad speciem et ad genus et non ad indi-
duum generantis; aliquando autem non ad speciem
sed ad genus tantum aliqualis et hanc ad mi-
norem similitudinem quoniam iam invenitur
aliquod in partu planta vel lapidem
corporis nigra fuit sed genus in omnibus
generatis ad minus est salvatum. De talibus
igitur partibus loqui hic expediret quia
de aliis id inductum est sufficienter quan-
tum spectat ad intentionem presentem. De
monstris igitur et causis eorum hic primo
advertendum est quod quando principia mo-
ventia et motus ipsorum qui in sper-
mate sunt ex natura speciei et ex ma-
teria deficiunt per aliqua tamen forti-
ter in oppositum agente non remanebit
nisi virtus plus generis quam tolli non pot-
materia salvata, aliter enim non generaret
ex tali materia manente aut hoc vel ade-
te in materia sed hic equalitate complexionis
erit generatio monstrosa. quia virtus viva
salis generis movet ad vitam et causa spe-
cialis in oppositum speciei agentis inducet ali-
am formam et hoc precipue causatur ex
duobus ex virtute celesti vel et ex ma-
teria concepta et ex virtute celesti quidem
quoniam quedam loca celi sunt in quibus
si congregantur luminaria celi que pre-
cipue movent ad generationem non potest
esse generatio hominis. De hiis autem in 2a
scientia erit optimus dicendum. ex materia autem
sicut cum materia plurium effunditur in
unum aut etiam defectus aliquorum mem-
brorum est in materia diminuta ex vir-
tute non in oppositum agente partus hominis
forte habebit caput arietis aut thauri
sicut dicitur de minotauro in fabulis
poetarum. Sed autem inductum est de similibus
tales autem occasiones magis accidunt
aliis animalibus aliquando enim generatus est
vitulus caput habens hominis et agnus ha-
bens caudam thauri. Aliquando enim fit talis
generatio ex partibus quibusdam non occasio-

natis in corpore ita quod tota pars est mem-
brum perfectum complens actum membri et in
nulla sui parte corrumpunt vel variatum
[illegible] autem [illegible] omnes [illegible] simi-
litudines monstruosas attribuunt figu-
ris que videntur in duabus vel tribus
speciebus aliqualiter quod in non fiunt videtur esse
permixte [illegible] spermati-
bus permixtis duo [illegible] diversarum
[illegible] specierum [illegible] autem oppona-
mus quod ex coitu valde dissimilium ani-
mal non potest esse tale quale dicunt
monstrum eo quod primum spermatum corrumpet
aliud sed ex coitu similium non fit genera-
tio de qua iam in precedentibus locuti su-
mus. Signum autem quod talis generatio non fiet
nisi diversitas temporis impregnationis talium
animalium in quo multum diversificantur [illegible]
enim et canis et thaurus valde diversi sunt
impregnationis hic tempora et tamen vide-
mus quosdam partus monstruosos esse secundum
participationem membrorum permixtorum dictorum ani-
malium. [illegible] eadem monstrum [illegible] esse
debitam multitudinem membrorum in [illegible] diver-
sorum et figura sic quod generatorum multorum
pedum aut multorum capitum et cause horum
monstruosorum propinque sunt admixtio et con-
similes monstruosa [illegible] membra [illegible]
rationata causas physicas propinquas hic
monstrum eius est aliqua occasione per se
sed Democritus dicit oppinatus est generari
monstra ex hoc quod duo spermata cadentia
in matricem non simul sed successive cadunt
in eam sic sunt spermata unius sed diversa-
rum specierum primum eius remansit et operatum
est imperfecte et deinde secundum cadens de eodem
locum permiscetur ei et operatur et corrumpit
et sic formatio membrorum. hoc autem maxime
dicit fieri in ovantibus sicut et verum est
dicitis quod spermata sic successive cadentia
in matricem transferunt ova a locis in
quibus a primo spermate formari incepe-
rant. [illegible] enim ambiorum propinque ut ut
in ova ex uno spermate alterato [illegible]

animalium generantur aliquando autem colligitur
ex multo coitu ut dicit democritus
et hec opinio deceptiva est quia non omnia generantur
et congregantur plura spermata in uno ovo
est secundum nostram opinionem verisimilius
quod plura generantur ex uno. Non autem
ab[illegible] est quod secundum verisimilitudinem phy
sice dicitur [illegible] est attendendum quod falso et so
phistice probatum est. Accidit autem hec necessi
tas propter gemellos animalium quia sperma
ta non sunt sed successive cadunt in ma
tricem. Similiter cum in omnibus monstris me
lius est opinari quod et naturaliter et veri
similius est quod causa sit in materia et in
dispositione et creationis ipsius quod
generatur et concipitur cuius signum est quod
valde dura sunt monstruosa partu in illis
animalibus que non generant nisi unum concep
tum. In animalibus autem que simul concipiunt
et generant multos filios plus inveniuntur
plus monstruosa et maxime in avibus mul
tum ovantibus sicut galline et columbe et prop
ter hoc plures galline faciunt ova in quibus
duo vitella inveniuntur propter continuationem
duorum spermatum que sunt ex duobus coitibus
in uno eodem ex ovo. duo enim spermata
continuantur quando in uno ovo eo quod
unum in propinquo loco matricis cadit iuxta
alterum. Sicut enim videmus sepe accidere
in fructibus ex iuxta unum coitum duo
vel plures seminantur fructus. duobus autem sp
ermatibus sic in uno ovo [illegible] nisi dis
tinguatur tela forti monstrum generabitur
si enim tela bene distinguat generabuntur
duo pulli quorum neuter habundabit super
fluitate membrorum. si autem continuantur sper
mata non distinguente medio vel non vale
distinguente generabitur ex eis pullus mon
struosus habens forte unum caput et unum
corpus et quatuor pedes. Nos enim vidimus
anserem [illegible] et in nulla parte erat co
niuncta corpora nisi in dorso et habebat duo
capita et quatuor alas et quatuor pedes
et ibat et [illegible] quatuor pedes [illegible] et
non vixit diu. [illegible]

pullus ex albugine et cibatur ex citrino et
deinde creatur pars inferior et ideo in talibus
est unum non distinctum in duobus vitellis
et ideo dicit aristoteles quod iam apparuit serpens
duo capita habens propter hunc modum causam ser
pens enim est de ovantibus animalibus et multa ova
facientibus. Tamen raro de serpentibus monstruo
sitas invenitur propter figuram matricis que
est stricta et longa et ideo distinguuntur ova
in ea et non continuantur se ad unum locum et
eadem de causa raro sunt monstruose apes
et vespe eo quod quilibet pullus earum est in
foramine distincto. Gallinis vero accidit
contrarium. Ex omnibus igitur huiusmodi signis co
gnoscimus opinionem quod causa monstruositatis
non est nisi in materia et hac de causa mon
struositas frequentius invenitur in animalibus ge
nerantibus multos filios et non invenitur in
multum parientibus nisi raro. In quibusdam
tamen regionibus generant frequenter mulieres
multos filios et propter in partibus egypti
et in regionibus similibus egypto in comple
xione. Monstruositas autem inter quadrupe
dia frequentius invenitur in capris et ovibus
et porcis plus quam in aliis animalibus propterea
quod ista concipiunt multos filios gemellos
et semper concipiunt capre et oves. Similiter
autem fit in animalibus que in multos digitos pedes
findunt. eo quod multos hec animalia filios
simul concipiunt. propter quod etiam pariunt plures
eorum filios incompletos sicut canis cuius filii
non indigentes producuntur. Nos autem inferius
loquimur de causa multitudinis et paucitatis
filiorum. Quia igitur canis parit filios incom
pletos significat dominico complementi nobis
via ad monstruositatem precedente. Quia de fa
cili confluit materia vicinorum partuum et
de facili occasionantur membra partuum quia
natura intra matricem complere non potest.
Monstruositatis enim accidit ex errore alicuius
operationis nature. Secundum habundantiam
vel defectum aut positionem aut figuram me
mbrorum componere autem sibi plurimos quidam
ut huiusmodi animalibus venit naturam modicum creatio
nis in monstruositatem. In porcis autem freque

cius est huiusmodi creacio mirabilis ali-
cui in eis est diminucio membrorum mirabi
lis et naturalis et aliquando habundan
cia et aliquando perversitas situs aut figu
re non quidem semper sed frequencius quam
in aliis animalibus In quibusdam autem nun
quam erit eo quod id quod innaturale non
potest semper aut frequencius fieri Accidit
autem quod natura formativa non vincat
perfecte formam et materiam propter quod eciam
tales homines item partum monstruosum
vocant eo quod generacio ipsius ultra ciens
accidit sicut eciam in arboribus et plantis et
in generibus vicium Genus enim vitis quod
fumosum vocatur quod et quidam Doreses no
minant ultracies fert racemos nigros
et ideo monstrum non reputatur cum tamen hoc
genus vitis sit deferentibus uvas albas
naturaliter aliquando autem hec non est secundum
naturam quando mutatur ad ferendum uvas ni
gras talis autem monstruositas accidit
animalibus generantibus filios multos eo quod
multitudo filiorum complementum prohibet crea
tionis sicut dictum est Queret autem for
tasse aliquis que sit causa monstruositatis
in hiis que multos producunt filios In
filiis enim in illis aliquando diminuuntur mem
bra et aliquando habundant Alia namque pro
ducunt hec animalia filium habentem mul
tos digitos sicut ego vidi hominem habentem
senos digitos in manibus et pedibus et
frater suus post eum natus similiter habuit
in manibus et pedibus digitos et aliqui
videntur diminuti habentes unum tantum
tantum digitum et similiter habundant et de
ficiunt omnia alia aliqua membra aliquando
existencia superflua et aliqua diminuta
Aliquando vero nascitur partus habens utrumque
quod scilicet habet virgam virilem et vulvam
muliebrem qui partus ermafroditus
vocatur et accidit hec monstruositas Ali
qui eciam in capris quas greci vocant

vere et yrcant eo quod inter se habent et ma
res et feminae et iam prius est in tempore
Nestoris capra habens cornua in sing
cruribus et ego vidi pecudem quatuor
cornua in capite gestantem et duo lon
ga in cruribus sicut cornua caprarum
et vidi hircum non habentem pedes prio
res et super illos ambulabat et pos
teriorem partem corporis portabat in aere
et non tangit eam super terram hec autem al
teracio et diminucio non solum in exterio
ribus est membris sed et in interioribus In
hiis enim creacio animalium quorundam est
diminuta quorundam superflua et aliqua
variantur in posicione in locis propriis
Aliqua eciam quedam quibus sic habe
rent omnino sed nunquam inventum est ali
carens corde sed iam inventum est ali carens
splene et ad inventum est quod non habuit
nisi unum renem sed nunquam visum est ali
carens epate Aliqui autem nisi secundum na
turam fel habentibus in quibusdam fel
non invenitur et in quibusdam inveniun
tur fella plura Aliquando eciam invenitur
splen in dextro et epar in sinistro et
hec omnia inventa sunt in animalibus
complens et hec igitur sunt que de mon
struositatibus animalibus sunt dicenda

Tractatus secundus octavi decimi libri animalium de causa multitudinis et paucitatis filiorum capitulum primum quod magnitudo et parvitas corporum cause sunt paucitatis et multitudinis filiorum

Sicut autem supra diximus in
filiis quod est multa diversitas et
aliquando multa admixtio diversi seminis
et quod ex talibus spermatibus parvis que
in matrice et generatur ante tempus
debitum vivit per modicum tempus eo quod enim qui
a loco generacionis ante tempus complemen
ti sui vivere non potest et propterea si alte

rario quod nature est non sunt in membris pueri
palmis que sunt ante principia. Ideo autem
alteracionem nature quia alia operatur per alteram
cum formatiue et caloris alteracio sit ad
complementum. Si ergo illam non receperunt
alteracionem ante natiuitatem paruum [?] mouet ana-
lia. Propter quod in hoc capitulo sicut diximus
